I
00342

3.

NESTOR
ris
Dioni.

νομίζω

ὦ παρανομωτάτια

ὦ παρανομωτάτα / τως

ὦ παρανομωτ

ὦ παρα παρανομωτάτια

ὦ παρανομωτάτια

Ι-342

Ι

00342

ἀγνωσία

b18604754

-342

2-10-2-20

Num. 32. cax. 5. num. 3.

Neſtoris Dionyſii Nouarienſis ordinis Minorum de obſeruantia ad illuſtriſſimum principem Lodouicum Sphortiam/ i opus eius/ excellentiæ dicatum uerſus incipit.

Anguiger hunc princeps tu qui auxiliaribus armis
Tutor ades domino Mutinæ Lodouice/ libellum
Accipe: quem tota tibi Neſtor mente dicaui
Strenuus ut bellis/ ſic donis teſte Mineruę/
Ingenioqꝫ ualens/ quando. tibi quid uacat oci/
Hunc legito: hoc curas poſt ardua geſta leuato:
Ardua geſta loquor: quis toto partus in orbe
Semper honos/ nomenqꝫ tuum/ laudeſqꝫ manebunt.
Rebus nempe ſuis ſocium petit Itala tellus:
Imprimis Xyſtus diuus ſummuſqꝫ ſacerdos:
Te quoqꝫ Partenopes rex Hetruſcuſqꝫ ſenatus
Dux Mutinæqꝫ ſocer: fluiiqꝫ Bononia Rheni.
Gaudet & ipſa tibi iuncta eſſe ſabaudia: & urbis
Inclytus ipſe nouæ princeps/ & claſſe ſuperba
Metropolis Ligurum: Promptum teqꝫ excit in arma
Pro ſocero/ inuicti magnum qui nomen adeptus
Herculis/ inuiſos te præſide conteret auſus
Hoſtis: & Italiæ dabis aurea tempora pacis.
Si quibus Auſonius fama immortalis auorum eſt
Principibus/ parti ſi ſunt uirtute triumphi/
Ante alios leget ipſa tuos hæc/ poſteraqꝫ ætas.
Ipſe canet pugnas uates: & fortia dicet
Prælia: teqꝫ/ tuaſqꝫ ſonabit carmine palmas.
Perge igitur: ſuperoſqꝫ habeas ad uota ſecundos.
Ii tibi dent gazas Arabum: dent Neſtoris annos:
Fortunam Auguſti/ & ſceptra imperioſa monarchæ.
Armataſqꝫ meo hoc firmes ſermone cateruas.
Hectorei ſocii mecum durate ſub armis.
Sacra etenim (ſi fas tamen eſt) per numina iuro/
Stamina ſi geminos lacheſis mihi nerit in annos
Imperitanti/ hoſtes cogam ſtricto enſe ſubactos
Lingere humum coram: & ſæua præ ſtrage dare hærbas
Tunc omnis ſpoliis/ tunc & fulgentibus armis/
Electis pariter & equis/ opibuſqꝫ ſuperbis
Donabo: ac magno (durate age) ſemper honore/
Hinc bellis/ picta inde iocis/ fuluiſqꝫ micanti
(Dona ubi penſa) tholis/ mecum dignabor in aula.
Iamqꝫ uale: ſtudioqꝫ uacet mens alta ſalubri:
Aſpireſqꝫ tuo princeps clariſſime uati/
Fratrum apud Excelſum precibus ſeruande meorum.

…imus:uel(ut aliis magis
…er qua pororia uaſa locantur.
…n he quadre in quibus conciſæ
…ponũt׳abaci uocati ſũt.Plinius
…xvii.amplitudine nunq̃ paruos
…bacos. Tabella item ſuper qua
…ões fiunt׳abacus dicta ẽ:qn etiã
…latio.Nam ide etiam quom cal
… fiunt abaculi uocãtur.Plinius
…os qdã abaculos appellant.Aba
P… …ico b ſcribitur. Perſius ſatyra ſe

Iu… …alis.urceoli ſex׳
Au… …us.
…pe oneraſſe Luto.

Hierõym׳ … …atis cu duplicato b ſcribitur:& ſyrum eſt Hieronymo teſte uo Abbas
cabulum:& pater interpretatur. Abas huius abantis proprium uiri nomen Abas
Virgilius cum unico b ſcribitur:cuius prima ſyllaba correpta eſt. Virgilius libro æneiꞌ Abantes
dos primo.
Statius Et qua uectus abas.Statius libro thebaidos ſecundo. Abatos
Et bellator abas:indignatuſq; tonantem. Abantes cum unico b populi quidã
Herodotus ſunt Ionum inter Achiuos׳teſte Herodoto libro hiſtoriarũ primo.Alios eo׳
Orpheus dem nomine dixit in argonautica.Orpheus eſſe iuxta pontum. Rurſum &
Ariſtarchus alios ſcripſit Ariſtarchus ſuper librum iliados ſecũdũ eſſe iſulæ eubœæ.Aba
tos cũ unico b iſula quædam eſt circa extrema Aegypti i memphitica palu׳
de.Simili cognomine locus quidam ultra Aegyptum & Aethiopas abantiqs
Lucanus uocabatur:ubi primum Nilus magno fragore deſcẽdit:de quo Lucanus me׳
minit libro decimo׳quom ait.
Hinc Abatos quam noſtra uocat ueneranda uetuſtas׳
Terra potens primos ſenſit percuſſa tumultus.
Abextis ab ugutione׳Mamotrecto׳Britone Catholico׳indeclinabile & com׳ Abextis
munis generis eſſe tradit̃:ita ut exponatur abextis qui uel quæ exta aſpicit.
Simili quoq; modo abatis q uel quæ menſuris præeſt:uel ãnonã mẽſuris di׳ Abatis
uidit.Abaccidentibus qui uel quæ ſcribit uel notat accidẽtia.Acommẽtariis Abaccidẽti
uel acõmentarienſibus(utrunq; enim cõperitur)cancellarius uel cancellaria. bus
Acaliculis qui uel quæ præeſt caliculis uel poculis cuſtodiẽdis.Areſponſis q Acom̃tariiſ
uel que dat reſponſa.Aſecretis ſecretarius uel ſecretaria:quem loquendi mo Acõmenta
dum i ſacra ſcripitura frequẽtem iuenies.Ego autẽ duas eſſe dictiones cõten rienſibus
derim:præpoſitionem ſcilicet,& nomẽ: quod ac etiam auctoritate cõproba A caliculis
Cicero mus:Cicero ad atticum.Nec ullam aliam ob cauſam ſeruum a pedibus meis Areſponſis
Romã miſi. Nam unica dictio(ut iſti uolunt)a pedibus׳accuſatiui hic caſus A ſecretis
eſſet׳dixiſſe debuerat Cicero meum:non meis:ut adiectiuũ cum ſubſtantiuo A pedibus
concordaret:cum utiq; congrue ſic loqui potuiſſet:ſeruum meum a pedibuſ A libellis
Romam miſi.Placet igitur׳ut duæ dictiões ſint:& ſub duplici accentu pro׳ A manuẽſi
nuntientur:& ubi ſubſtantiuum non ponitur׳ſubaudiatur ſeruus ſcilicet׳uel bus
miniſter: ſerui uel miniſtri:ſeruo uel miniſtro:ꝑut expoſtularit ipſum uerbũ A manibuſ
Martialis a quo r̃getur.A pedibus is dicit̃׳qui ad iter pedes mittitur.Martialis.Cur nõ A manu
Suetonius menſa tibi ponitur a pedibus?Suetonius indomitiáo.Epaphroditum a libel A ſecreto
lis capitali pœna condemnabit.Is a libellis uocatur׳qui libellorum qui a ſup

cularium ſecretarium.

Probus Auctor cum ct exilibus ſcribit
Phocas ca/ Priſciano : & ſi Iſidorus m
Priſcianus augeo (ut ſcribit Probus) ded
Probus Iſidorus: ſed teſte ſuper dona
Seruius geo deſcēdit. Aliud eſt enim a
Vgutio c auctor ſcribūt. Neq; enim. ã
De quo (pauliſper digrediar)
rarum mediocrē haudquaq̃ ſc
cabulis græcis/ nō latinis mō/
uereſimiliq; abhorētes iterpre
tra approbatiſſimorū tā Cræcorū q̃ latin
Iſidorus ſit Cuius & Iſidori/ a quo/ maxima ex parte V
tholiciq;/ quod & ipſum oīum Vgutionis erroru
trecti/ ac Britonis/ ſi uellē errata colligere/ haud paru
rē: qppe cum tātum barbariei q̃ latinitatis habere credātur ... ius
tpis/ aut loci/ oīa horum errata corrigere. cū animo ſedeat magis nr̄a tradēdo
diſſerere: q̃ aliorꝝ aperiēdis erroribus iſeruire. Vnū tamē poſtremo dixerim/
in oībus Catholicon erraſſe/ qbus pro opportunitate caſtigādus a nobis in/
Actor ducetur Vgutio. Nūc autem ad propoſitum redeamus. Auctor & actor hoc
diſtāt: ꝙ actor dicitur orator/ q agit cauſam: quiq; geſtum uultus & corporis
agit. Vnde tū ipſa ꝓnūtiatio/ tum oratio quæ habetur/ tū oratio ſcripta/ actio
eſt appellata. Item comœdus & tragædus/ ideſt Hiſtrio/ qui agit geſtus in ſcæ
Auctor na/ & mimus oīs/ actor uocari poteſt. Auctor autē eſt (ut ſic dicam) factor. Vn
de poetas cæteroſq; operum cōditores/ auctores uocamus. Et illum qui fecit
aliquod opus/ qui egit bellum/ egit pacem/ auctorem operis/ auctorem belli/
auctorē pacis dicimus. Quin etiam non tantum qui aliquid faciūt/ ſed qui p̃n
cipes ſunt/ & primi iubent/ auctores appellantur. Nam & hominem in quo
eſt poteſtas & dignitas/ auctorem uocamus: unde auctoritas dicta eſt: ut eſt a/
Liuius pud Liuium. decreuerunt enim ut quom populus regem iuſſiſſet/ id ſic ratum
eſſet ſi patres auctores fierent: hoc eſt auctoritatem (ut aiunt) ſuam/ & decre/
tum interponerent/ ratum haberent: atq; ratificarent: ſiue comprobarent. Et
alibi Maiores noſtri nullam ne priuatam qdem rem agere fœminas ſine au/
ctorē uoluerunt. Auctores itē pupillorum uocātur/ ii. in quorum adminiſtrati
one/ ætas iſirma/ reſq; ſunt. Ideo filios regum pupillos ſub auctoribus fuiſſe
Paulus legimus. Vnde Paulus iuriſconſultus ait. Etiam ſi non interrogatus tutor au
ctor fiat/ ualet auctoritas eius/ quom ſe ꝓbare dicit id quod agitur. Pompo/
Pomponius nius. & ſi pluribus datis tutoribus unius auctoritas ſufficiat/ tametſi tutor au
ctoretur. Quare auctores alicuius ſententiæ/ & conſilii/ uocantur. ii/ quorū ſen
tentiam/ conſiliūq;/ ſecuti ſumus. Hinc etiam (ut diximus) qui iubent/ & primi
ſunt militum duces/ auctores appellātur. Vnde auctoro auctoras uerbum ac Auctoro
tiuū. Eſt autem auctorare ad militiam eligere. Nam & iperator tūc milites au/
Suetonius ctorat: quom eos ad militiam aſcribit. Suetonius libro tertio. de legendo uel
Horatius auctorādo milite. Horatius ſermone. xvii: Auctoratus eas/ ān turpi clauſus in
archa? Male igitur legunt quidam illud Auguſtini: in ſermone natiuitatis uir
ginis Mariæ. Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Nam auctor dici de/
bet: non auctrix. Rurſus male legunt illud apoſtoli. Quanto tempore hæres
paruulus eſt/ nihil differt a ſeruo/ cum ſit dominus omniū: ſed ſub tutoribus
& actoribus eſt/ uſq; ad præfinitum tempus a patre: cum per au diphthongū

ſcribi auctoribus/& legi debeat. Fateor tamen ab augeo formari poſſe uerba
lia/auctor/& auctrix: ſed aliud ſignificãt. Auctor genitiuum caſum regit: nõ/
Terẽtius nunq̃ etiam ablatiuum: ut eſt apud Terẽtium in adelphis. His rebus: auctor
Donatus quis eſt? Sic enim per ablatiuum exponit Donatus. Actor proprium etiam
Virgilius uiri nomen fuit: & corripit in obliquis penultimam ſyllabam. Virgilius li/
bro æneidos.xii.
Iuuenalis Actoris arunci ſpolium/quaſſatq; trementẽ. Iuuenalis ſatyra ſecũda. Actoris
arunci ſpolium/quo ſe ille uidebat. Alius fuit eodẽ nomine Pater Aſtyoches/
Homerus teſte Homero libro iliados ſecundo.
Lucanus Actus & actum/in uno ſignificato accipi poſſunt. Lucanus:
Cicero Licet ingentes obruperit actus. Cicero. Sed tantummodo dictis acta Cæſaris Actus
Feſtus firma erũt: quæ ille in aes incidit. at Feſtus ait. Actus ſignificat modo in comæ Actum
diis & tragædiis certa ſpacia cãticorum: modo iter intra uicinos quatuor pe Actio
dum latum: modo in geometria minorem partem iugeri: ideſt centum & ui/
ginti pedum: modo etiam motum corporis/ut Hiſtriorũ & ſaltatorũ. Actio
etiam idem quod actus ſignificare habet niſi ꝙ dicimus/actionem cauſarum:
non actum: & actum comœdiarum ſiue tragœdiarum. non actionem.
Priſcianus Arcus cum c non aſpirato/latina dictio eſt: quartæq; declinationis teſte Priſcia/ Arcus
Nonius no: ac etiam ſecundæ/ut tradit Nonius. antiqui tamen teſte Priſciano cum q Arquus
Priſcianus Arquus ſcribebant: unde Arquites/arcu præliãtes/ſagictarii appellãtur/ut ſcri Arquites
Pompeius bit Pompeius. At uero marcellus/arcus (inquit) & arquus hoc diſtant: ꝙ ar/ Arculus
Marcellus cus/omnis ſuſpenſus appellatur fornix: arquus non niſi in cælo: quẽ irim pœ Arcellus
Lucretius tæ dixerunt. Lucretius Libro ſexto Arca
Tum color in nigris exiſtit nubibus arqui. Verum hec in ſcribẽdo differentia Arcula
Cicero non ſemper etiam apud antiquos obſeruata fuit: ũde Cicero/eodem Marcel Arcella
lo referente/ait libro tertio de natura deorum. Cur autem arci ſpecies non i Arx
deorum numero reponatur? Quin etiam tam ſecunda declinatiõe q̃ quarta/ Arcicula
Hieronymus in utroq; ſignificato auctores protulerunt. Hieronymus in Hiezechiele capi Arcuatus
Varro tulo primo. Vidi uelut aſpectum arcus cũ fuerit in nube in die pluuiæ. Varro Arcatus
libro de uita patrum quarto. Quod arci quos ſummo opere fecerat/feſſi põ Arquatus
dere/diu facti celeriter corruiſſet. Arcus tam fœminini q̃ maſculini generis ẽ/
Caper teſtibus Capro/Probo/Seruio ſuper librum quintũ æneidos. Nam & fœmi/
Probus nino genere protulit Catullus/& Ennius.xv. annaliũ/quom dixit.
Seruius Arcus ubi accipiunt mortalibus quæ perhibentur. Et facit in datiuo & ablati/
Catullus uo pluralibus arcubus: ut ſcilicet differat ab arx/quod facit arcibus. Arcus for
Ennius mat p dimiutionẽ arculus teſte Feſto. Arculus ẽt & arcellus ut idẽ auctor (ſcri
Feſtus bit) deus eſſe putabatur/qui tutelam gereret arcarum. Quin etiam eodem te
Feſtus ſte/arculus appellabatur circulus/quem capiti imponebant ad ſuſtinenda cõ
Feſtus modius uaſa/quæ ad ſacra publica capite portabantur. Arca cum c exili/etiã
Feſtus latina dictio eſt: & format diminutiua arcula & arcella/ut idem tradit Feſtus.
Feſtus Quin etiam eodem teſte/arcula auis dicebatur/quæ in auſpiciis aliquid fie/
ri uetabat. Arx facit dimiutiuum arcicula. Ab arcu fit adiectiuum arcuatus: ab
Ouidius arquo arquatus: ab arco arcatus. Ouidius libro metamorphoſeos xi.
Iris & arcato cælum curuamine ſignans. Arcuatus dicitur i arcus modum cur
Marcellus uatus. Arquatus autem is dicitur/cui color/& oculi uirent/a colore uidelicet
Acron arqui cæleſtis/ut ſcribit Marcellus. Quem morbũ (ut dicit Acron ſuper artẽ
Apulegius pœticam Horatii) quidam Dæmoniacũ/nõnulli comitabilẽ/alii aquarium Dæmonia/
Celſus uocãt. Quẽ morbũ/Apulegius/& Celſus/auriginẽ & auriginoſum hoiem: cus
Plinius dicnut. Plinius/Horati⁹/Varro/regiũ appellãt: alii icterõ: & ictericũ hoiem Comitabiliſ
Horatius ut Macer/& Iuuenalis Satira ſexta. Conſulit ictericæ lento de funere matris. Aquarius
Varro Eſt autem icteros auctore Paulo moribus/quom per totum corpus bilis ſuf/ Aurigĩoſuſ
Macer funditur: quæ interdum nigra/interdum flaua eſt. Et dicitur icteros ab ictero Regius
Iuuenalis aue: quam latine galbulam Pli. appellari extimat: de qua meminit Martialis/ Ictericus
Paulus quom ait.
Plinius Galbula decipitur calamis/& ratibus ales.

| | | |
|---|---|---|
| Martialis | Turget adhuc uiridi quom leuis uua mero. Nec prætermittendum eſt/ꝙ ar/ | |
| Victorinus | quus/hircus/equus/reliquus/obliquus/altiloquus/aliæq; huiuſcemōi dictio/ | |
| Priſcianus | nes/cum geminato u poſt q/teſtibus Victorino/& Priſciano/ſcribendæ ſunt. | |
| Quītilianus | At uero Quintilianus libro primo/cum unico u ſcribi præcepit. Papyrianus | |
| Papyrianus | etiam libro quarto/cum unico u ſcribi uoluit. Ait. n. omnino id fieri non poſ | |
| | ſe/ut cum duplicato u ſcribi debeant: ne ſcilicet duæ litteræ eiuſdem in ſe ſoni | |
| | & uocis/tam inuicem q̃ cum terminatiōe ſoni ipſius q collidantur. Vtrum fe/ | |
| | ceris/magnis auctoribus tutus eris. | |
| Virgilius | Achaia cū ch aſpirato ſcribitur: & ē tetraſyllaba dictio. Nā apud græcos iota | Achaia |
| Seruius | ſemper eſt uocalis: ut eſt apud Virgilium i initio æneidos. Arma uirumq; ca/ | Pelopon- |
| Propertius | no Troiæ. Teſte enim Seruio/tertius pes dactylus ē. Propertius. Et quot Tro | neſus |
| Ouidius | ia tulit uetus & quot Achaia format. Ouidius Heroidum | Danaa |
| Ouidius | Ah quoties dices q̃ pauper Achia noſtra eſt. Apud latinos tamen quādoq; ꝑ | Aegialus |
| Virgilius | ſynhereſim iota fit conſonans: ut eſt illud ouidii Heroidum. | Achais |
| | Vix Priamus tanti/totaq; Troia fuit. & Virgilius. | Achaida |
| | Vt bello egregias idem diſiecerit urbes/ | Achaici |
| Herodotus | Troiamq;/Oechaliamq;. Achaia regio ē Græciæ: quæ teſte Herodoto libro | Achiui |
| | ſeptimo hiſtoriarū/primo Peloponneſus/poſtea Danaa/a qua danai appel/ | Achæi |
| | lati ſūt/deinde Achaia dicta fuit: quæ & Aegialus (ut hoc uidebimus libro) & | |
| Ouidius | Achais uocatur. Ouidius libro metamorphoſeos quinto: Pars ego nympha | |
| | rum quæ ſunt in Achaide dixit. Poteſt etiam declinari hec achaida ab accuſa | |
| | tiuo græco formata: ſicut pſis & perſida: Thebais Thebaida: Ptolemais Pto | |
| | lemaida: de quibus ſuis locis uidebimus. ab achia achaici/& achiui dicti ſūt | |
| Ouidius | Ouidius libro metamor: xii. | |
| | Nec Phryges exiguo quid Achaica dextera poſſit/ | |
| Virgilius | Sanguine ſenſerunt. Virgilius libro æneidos primo. | |
| Horatius | Antenor potuit mediis ne elapſus Achiuis: Horatius in epiſtolis. | |
| Lucanus | Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. hi & achæi uocati ſunt. Lucanus | |
| Iuuenalis | libro. vii. ibi ſanguis fluxit Achæius. Iuuenalis. non poſſum ferre quirites Græ | |
| | cam urbem q̃uis quota portio fæcis Achææ. Sunt etiam Achaæi alii quidam | |
| Ptolemæus | populi Sarmatiæ/ut ſcribit Ptolemæus in coſmographia. | |
| Caper | Auis fœminini generis eſt: quin & maſculino genere/teſtibus Capro: & probo/ | Auis |
| Probus | ueteres protulere. Et facit in ablatiuo ſingulari/aue/uel aui: ut in regula tradit | Auicula |
| Priſcianus | priſcianus. Vnde Horatius. in primo carminum ait. | Auicella |
| Horatius | Proteus fata: mala ducis aui domum. Nam ſi dixiſſet aue/uerſus ſtare nō poſ | |
| Varro | ſet. Auis format per diminutionem auicula & auicella/teſte Varrone de lin/ | |
| | gua latina. | |
| Priſcianus | Artus maſculini generis/& hec artua neutri/declinari poteſt teſte priſciano: | Artus |
| Lucanus | cuius ſingulare raro in uſu habetur. quod tamē protulit Lucanus quom dixit | Artua |
| Alautus | li. vi. Tūc oīs palpitat: artus. Plautus in menæchinis. Ego huius mēbra/atq; oſ | Articulus |
| | ſa/atq; artua comminuam: Et facit in datiuo & ablatiuo pluralibus artubus: | Ars |
| | ut ſcilicet differat ab ars/quod facit artibus. Artus format per diminutionem | Articula |
| Ouidius | articulus: qui etiam & pro digito ponitur. Ouidius libro ſecundo de ponto. | |
| | At reditus iam quiſq; ſuos amat: & ſibi quid ſit. | |
| | Vtile/ſolicitis ſupputat articulis. Articulus etiam dicitur/quo genus deſernit | |
| Seruius | ac etiam momentum/& tempeſtiua rerum efficiendarum hora/teſte Seruio. | |
| Hieronymus | Vnde Hieronymus in geneſi ait In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe in ar | |
| | cam. Ars format diminutiue articula. | |
| | Artemum & hic artemo declinati poteſt. Vnde in apoſtolicis actibus capitulo | Artemum |
| | xxvii. legitur. Et leuato artemōe ſecūdum auræ flatum tendebāt ad litus: hoc | Artemo |
| | eſt leuato uelo. Artemis eadem ſcriptura/hoc eſt cum r exili/Diana uocatur. | Artemis |
| Terentius | Aduentus huius aduentus/uel aduenti/declinari poteſt. Terentius in phormi/ | Aduentus |
| | one. Vbi eius aduenti uenit in mentem. | Aeneas |
| Quītilianus | Aeneas & Aena in recto declinari poteſt teſte Quintiliano: & cum æ diphthō | Aenea |
| Virgilius | go ſcribitur. Fuit propriū uiri Troiani nomē: de quo plura Virgilius: Aenea | Aenus |

| | | |
|---|---|---|
| Herodotus | eadem ſcriptura/urbs fuit in regione Creſſæa teſte Herodoto:de qua Liuius | Aenum |
| Liuius | libro.xl.memi[nit] dicens.Proficiſcuntur a Theſſalonica Aeneam ad ſtatutū | Aenulum |
| Ptolemæus | ſacrificium.Aenus urbs eſt Traciæ teſte Ptolemæo:& eodem nomine fluui | Ahenus |
| Ptolemæus | us Galliæ/ut idem Ptolemæus oſtēdit.Aenum/genus eſt uaſis/alias cacabus | Aheneus |
| Feſtus | uocatum:cuius diminutiuum eſt Aenulum/ut ſcribit Feſtus.Et nonnunq̄ diph | |
| Gellius | thongus ipſa per dihæreſim diuiditur:& tūc(ut Gellius teſtatur/& Seruius) | Aereus |
| Seruius | antiquorum more aſpiratio interponitur.Virgilius georgicorum primo. | Aeni |
| Virgilius | Et foliis undam tepidi deſpumat aheni.Horatius. | |
| Horatius | Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.Ididē obſeruatur ī adiectiuo | |
| | ahenus/ſiue aheneus(utrunq; enim comperitur)quādo ſcilicet(ut diximus) | |
| Horatius | diphthongus ipſa diuiditur.Horatius in epiſtolis. | |
| Virgilius | Si recte facies hic murus aheneus eſto.Virgilius libro æneidos quīto.Oſſaq; | |
| | lecta cado texit Corynæus aheno.Quod ſane Seruius minus erudite expo/ | |
| | ſuit quom dixit:lecta ideſt electa:cum potius hoc in loco dixiſſe debuerit:le/ | |
| | cta ideſt collecta.Non enim eligebantur cadauerum combuſtorum oſſa:ſed | |
| | colligebātur.Aeneus/ergo/Aenus/aereus/in uno ſignificato accipi poſſunt. | |
| Ptolemæus | Aeni:iſula ē iuxta Arabicum ſinum/fœlici adiacens Arabiæ/teſte Ptolemæo. | |
| Apuleius | Aes cum æ diphthongo ſcribitur teſte Apuleio.&(ut quidam uolunt)ab auri | Aes |
| Varro | ſimilitudine cognominatum eſt.Alii a græco αια quæ eſt terra/dictum pu/ | |
| | tant.Varro autem ab aſſe denomīatum tradidit. Vgutio ab aere/uel ab eſſe ī/ | |
| | finitiuo/deriuatum dixit:& in utraq; deriuatione ſomniauit.Aes totum plu/ | |
| Pompeius | rale habuit teſtibus Pompeo/& Priſciano.Cato in oratione qua in ſenatu ſu | |
| priſcianus | aſit ut plura aera equeſtria fierent.Nūc ergo arbitror oportere reſtitui/quo/ | |
| Cato | minus duobus milibus ducentis ſit aerum equeſtrum.Idem in eadem orati/ | |
| Cato | one.de aeribus equeſtribus/uel duobus milibus actum.Lucretius libro.ii. | |
| Lucretius | Armati in numerum pulſarent aeribus aera. | Accipiter |
| Priſcianus | Accipiter facit ī genitiuo accipitris uel accipiteris teſte Priſciano.Auis ē nota. | Adramis |
| Priſcianus | Adramis & Adramin in recto declinari poteſt teſte Priſciano. proprium fu/ | Adramin |
| | it herois nomen. | Aris |
| | Aris & Arin in recto declinari pōt teſte Priſciano.proprium nomē uiri fuit. | Arin |
| Lucretius | Auſter maſculini generis uentus eſt.hoc auſtrum/radius rotæ dicitur.Lucreti | Auſter |
| | us libro quinto. | Auſtrum |
| Vgutio | Vt fluuios uerſare rotas/atq; auſtra. Vgutio declinat etiam hæc auſtra huius | Auſtra |
| | auſtræ. | |
| Tulius | Admiratio & admirabilitas in uno ſignificato accipi poſſunt.Tullius officio/ | Admiratio |
| | rum libro tertio. Erga hec/animi deſpicientia admirabilitatem magnam | Admirabi/ |
| | facit. | litas |
| Priſcianus | Adeps & adipes in recto declinari poteſt teſte Priſciano:unde Varro rerum | Adeps |
| Varro | ruſticarum libro quinto.Adipes pro adeps dixit Et tam fœminini quā maſ/ | Adipes |
| Caper | culini generis eſt teſtibus Capro/& probo.Marſus Adipis pondo uiginti ue/ | |
| Probus | tuſtæ. | |
| Marſus | Auſpex cōis generis eſt:& ab antiquis is dicebatur/qui nūc paranymphus uo | Auſpex |
| Lucanus | catur/& pronubus.Lucanus contentiq; auſpice Cruto.& Iuuenalis ait.ueniet | |
| Iuuenalis | cum ſignatoribus auſpex. | |
| Plautus | Auſpicor deponens eſt uerbum.Plautus tamen ego auſpicaui/pro auſpicatus | Auſpicor |
| | ſum/protulit. | Auſpico |
| | Albo albas actiuum uerbum eſt.Albeo albes neutrum eſt uerbum:unde Albe | Albo |
| Horatius | ſco.pro quo nonnunq̄ & albico albicas ponitur.Horatius in primo carminū | Albeo |
| Verrius | Nec prata canis albicant pruinis. Verrius tamen(ut refert Marcellus)albicor | Albeſco |
| Marcellus | deponens protulit.Virgilius libro.xi.æneidos. | Albico |
| Virgilius | Campiq; ingentes oſſibus albent. | Albicor |
| Nonius | Abiugo abiugas priæ coniugationis/& abiungo abiungis tertiæ in uno ſignifi | Abiugo |
| | cato accipi poſſūt/ut ſcribit Nonius.Simili quoq; modo dici poteſt diſiugo | Abiungo |
| | diſiungo:ſeiugo:ſeiungo:cōiugo:coniungo:adiugo adiungo. | |

Vnum mediam corripit ſyllabam:alterum illam poſitione producit.
Adytum neutri generis cum y græco ſcribitur:compõiturq; ex α & δύω ingre Adytum
Seruius dior/teſte Seruio:nõ autem ex hac & eo is it/ut ſomniauit Vgutio.& format Adyticulũ
Feſtus per diminutionem adyticulum. Vnde Feſtus ait. Adyticulum paruum adytũ Adytus
Virgilius Locus eſt templi ſecretior:ad quem non niſi ſacerdoti dabatur acceſſus. Vir/
Lucanus gilius. iſq; adytis hæc triſtitia dicta reportat. Lucanus in.v.
Virgilius Impulit illa pauens adyti penetrale remoti. Aditus ab adeundo maſculini ge
neris & quarti ordinis cum i latino ſcribitur. Virgilius libro æneidos nono.
Luſtrat equo muros:aditumq; per auia quærit.i.acceſſum/ſiue ingreſſum.
Priſcianus Auxilior deponens eſt uerbum:quod tamen Priſcianus/& Probus/tradunt eẽ Auxilor
Probus commune. Veteres etiam/teſte Diomede/auxilio auxilias Protulere:unde & Auxilio
Diomedes Gracchum inducit dicentem aduerſus Furium. Quibus cum ego primus eũ
Gracchus auxiliẽ. Et(ut dicit Priſcianus)tã accuſatiuo q̃ datiuo iungitur:quin etiã ge/
Priſcianus nitiuo. Hieronymus in Heſaia capitulo.xlviiii. In tempore Placito exaudiui
Hieronymus te:& in die ſalutis auxiliatus ſum tui.
Plautus Audio audis accuſatiuum caſum expoſtulat:ſed quom obedire uel obtempe/ Audio
rare ſignificat/datiuum requirit. Plautus in captiuis. Dicto haud audiebat.
Cicero Cicero in philippicis. Et audiens eſſet huic ordini. Et facit in futuro indicati/ Inaudio
Marcellus ui modi audiam/& audibo/teſte Marcello. Talem enim regulam tradit Do/
Donatus natus in editione ſecunda dicens. Altera eſt ſpecies tertiæ coniugationis:quæ
Probus i producta enuntiatur:quam nonnulli quartam coniugationem putant eo
Seruius ꝙ futurum tempus indicatiui modi in.am & in bo ſyllabã mittant. Idem tra
Cæcilius dit Probus/& ſeruius ſuper Donati artem. Cæcilius in Chryſide.
Ennius Audibis male ſi male dices mihi. Ennius in Telamone. Quo nunc me ducis:
Marcellus ubi molarium ſtrepitum audibis?ponitur nonnunq̃ inaudio pro obedio/ut
Aphranius idem ſcribit Marcellus/Aphranium inducens dicentem in diuortio. Nouis
dictis quæſo ne ille inaudiat.
Aula atrium uocatur:cuius diminutiuum eſt aulula. Aula item apud ãtiquos Aula
Plautus ea dicebatur/quam nunc ollam uocamus. Plautus ĩ Amphitryone. Optimo Aulula
Plautus iure infringatur aula cineris in caput. Idem in aulularia. Quadrilibrem aulã Olla
Pompeius auro honuſtam ego habeo. Et format diminutiue auxilla/teſte Pompeo. Auxilla
Aulis huius aulis uel aulidis/non eſt inſula/ut Seruius ſuper quartum librum Aulis
æneidos/& lactantius grammaticus ſuper librum ſeptimum thæbaidos/pu/ Auladis
Strabo tauerunt:ſed teſte Strabone regiuncula eſt Bocetiæ petroſa:& ciuitas eiuſdẽ Auleum
Ptolemæus nominis ut ſcripſit Ptolemæus:iuxta quam portus eſt quingẽtarum nauium Aulæa
Pomponius capax:quod etiam Pomponius Mela/& Plinius libro quarto naturalis hiſto Aulon
Plinius riæ/confirmarunt.
Ouidius Ouidius libro metamorphoſeos.xii. Bocetaq; tellus.
Virgilius Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras Virgilius libro æneidos quarto.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Lucanus Aulide iuraui? Lucanus libro quinto.
Chalcidicas pupes ad iniquam claſſibus aulim.
Ptolemæus Auladis/urbs eſt Meſopotamiæ teſte Ptolemæo. Aulæum cum æ diphthõgo
Seruius ſcribitur. Velamen eſt teſte Seruio picturis intextum. Virgilius georgicorum
Virgilius tertio.
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
Quidam declinant hæc aulæa huius aulææ. Aulon mons eſt in Calabrya:in
Iginus quo opidum fuit eiuſdem nominis teſte Igino. de urbibus Italicis:quod a Vir
Virgilius gilio/Caulon appellatur/cum ait libro æneidos tertio.
Horatius Caulonisq; arces/& naufragium Scylaceum. hic ab Horatio amota c littera
Aulon dictus eſt. Ait enim in odis.
Et amicus Aulon fertilis Baccho/
Martialis Et Martialis ait.
Ptolemæus Nobilis & lanis & fœlix uitibus Aulon. Eſt etiam Aulon urbs Taulantiorum
Plinius in Macedonia/ut in coſmographia Ptolemæus oſtẽdit. Aliam eodem nomi

ne ſcribit Plinius eſſe urbem Ciliciæ.

Valerius — Adulor & adulo uſurpant auctores. Valerius maximus. Si Dionyſium adu — Adulor
Priſcianus — lares/iſta non eſſes. Si iſta eſſe uelles/Dionyſium nō adulares. Et teſte Priſcia — Adulo
Iuuenalis — no/tam datiuo q̄ accuſatiuo iungitur. Et producit du ſyllabā. Iuuenalis Quid
ꝙ adulandi gens prudentiſſima laudat
Ouidius — Sermonem indocti? Ouidius libro metamorphoſeos.xiiii.
Lucretius — Noſtraqꝫ adulantes comitant ueſtigia/donec. Lucretius libro quinto.
Longæ alio pacto gannitu uocis adulant. Eſt autem adulari aſſentando blan
Accius — diri. hinc accius referente Nonio ait in prometheo. Volans pennata cauda
Nonius — noſtrum ſanguinem adulat. Nam & ad irrationabilia uerbum hoc transferri
Priſcianus — poteſt. Priſcianus tamen dicit adulor uerbum eſſe commune.
Priſcianus — Audeo facit in præterito auſus ſum teſte Priſciano: Ac etiam auſi. Cato cenſo/ — Audeo
Cenſorius — rius in oratione pro. L. Antonio. Ex illo die nō auſi recuſare. Catullus in epi — Auſio
Catullus — thalamio Iuliæ & Manlii. Quis huic deo — Auſus
Ouidius — Compararier auſit? Ouidius libro metamorphoſeos ſexto. — Auſum
Et nihil eſt quod non inopino captus amore — Auſa
Auſit: nec capiunt incluſas pectora flāmas. Inde hæc auſio/hic auſus huius ha
Martialis — ſus/& hoc auſum/in uno ſignificato accipi poſſunt. Martialis.
Ptolemæus — Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis. Auſum/urbs eſt Mauritaniæ
Ptolemæus — Cæſarienſis mediteranea/teſte Ptolemæo. Auſa urbs eſt Antetanorū ut idē
Ptolemæus ſcribit. Eſt autem in hiſpania.
Priſcianus — Audacter aduerbium per ſyāncopam teſte Priſcio effertur: quin etiam Audaci — Audacter
Caper — ter dicitur. Nam (ut Caper ait) Audacter latinum eſt: audaciter melius. Vnde — Audaciter
Cicero — Cicero inquit pro Roſcio. Multa ſcelerate/multa audaciter/multa improbe
feciſti.
Feſtus — Apricus cum unico p & i latino & c exili ſcribitur: componiturqꝫ ex ἀ & φρικη — Apricus
Seruius — frigus: quaſi ſine frigore/uel horrore. Et dici poteſt ſolanus: uel ſole gaudens. — Aphrica
Virgilius — Auctores ſunt Feſtus/& Seruius. & Producit pri ſyllabā. Virgi. georgicoꝝ.iii. — Apher
Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Inde Aphrica dicta eſt/ut nonnullis — Aphricus
placet: & Pompeius refert: etſi Vgutio ab Aphro/qui ex poſteris habrahæ fu — Aphrican⁹
it cognominatam dixerit: quā ille (ut idem aſſerit) incoluit. Ab Aphrica fit
Pompeius — Apher: Aphricus: Aphricanus. — Apricitas
Marcellus — Ab eo quod eſt apricus/formatur apricitas/teſte Marcello: idem ſignificans — Apricatio
Cicero — quod eſt apricatio/ab apricor apricaris. Cicero de ſenectute. Vbi.n. poteſt il
la ætas aut caleſcere apricatione melius uel igni. Aprici etiam homines dici
Perſius — poſſunt: ut eſt apud Perſium. Aprici meminiſſe ſenes.
Catullus — Araneus pro paruulo illo animali maſculini generis eſt. Catullus. — Araneus
Furi quoi neqꝫ ſeruus eſt: neqꝫ arca: — Araneolus
Serenus — Nec cimex: neqꝫ araneus: neqꝫ ignis. Serenus. — Aranea
Scorpius aut grauis eſt/& araneus: hoc male ſemper. Et format per diminu/ — Arachne
Virgilius — tionem araneolus penultima ſyllaba correpta. Virgilius in culice.
Atqꝫ ut araneoli tenuem formauimus orſum. Pro tæla autem/hæc aranea
Ouidius — uocatur. Ouidius libro metamorphoſeos quarto.
Stamina non ſummo quæ pendet aranea tigno. Quin etiā pro animali hæc
Virgilius — aranea dicitur. Virgilius georgicorum quinto.
Ouidius — Laxos i foribus ſuſpendet aranea caſſes. Ouidius libro metamorphoſeos.vi.
Seruius — Stamen & ātiquas exercet aranea tælas. Verum (ut dicit Seruius) hæc aranea
pro animali a Virgilio primum uſurpatum eſt. hic uermis etiam arachne cū
Liuius — ch aſpirato dicitur. Eſt etiam arachne urbs Theſſaliæ/teſte Liuio libro ſecun/
do de bello Macedonico.
Martialis — Aurata genus eſt piſcis/ab auri colore cognominati: de quo Martialis. — Aurata
Non omnis laudem preciumqꝫ aurata meretur. Alii mutantes au diphton/
Pompeius — gum in o dicunt Orata/ut ſcribit Pompeius. Ruſtici: enim (ut ait) aurū orū — Orata
dicebat: auriculas oriculas.
Aurichalcum cum ch aſpirato in penultima/& c exili in ultima ſyllaba ſcribit᷑ — Oricalcū

componiturqꝫ(ut dicunt)ex auium/& χάλκόσ aes:quaſi ſit aes aureum.hac
Seruius enim ſcriptura(ut dicit Seruius)aurichalcum ſcribebant:enuntiabantqꝫ. Vn/ Aurichalcũ
Hieronymus de Hieronymus in apochalypſi ca.i.ait.Et pedes eius ſimiles aurichalco. At
Feſtus uero Feſtus aurichalcum(inquit)uel orichalcum/quidam putant compoſitũ
ex aere & auro:ſiue ꝙ colorem habeat aureum.Orichalcum ſane dicitnr:qa
in montuoſis locis inuenitur.ὄροσ enim græce/mons latine.hæc ille.Alii di
cunt au diphthongum in o breuem mutatam eſſe.Nam apud pœtas orichal
cum primam corripit ſyllabam/ut in ipſa dictione uidebimus. Antiqui enĩ
Feſtus ruſtici(ut teſtatur Feſtus)aurum orum dicebant:auriculas oriculas.
Caper Aquila fœminini generis eſt.Apud antiquos tamen maſculini generis fuit/te/
ſtibus Capro & Probo.Aquila item/urbus eſt Brutiorum in Italia.
Probus Aquilus color fuſcus eſt/& ſubniger/ut ſcribit Põpeius.Aquilo uẽtus qdā ē. Aquila
Pompeius Acus quarti ordinis/maſculini & fœminini generis ē/teſte Priſciano. Græcum Aquilus
Priſcianus eſt uocabulum:quod apud illos facit in genitiuo ἀκοῦρτοσ. Neqꝫ ab acuo Aquilo
Probus acuis deſcendit/ut cum Catholico Vgutio ſomniauit.& format per diminu Acus
Seruius tionem aculeus/teſte Probo.Ea etiam pars militum/quæ ad hoſtem uulnerã Aculeus
Martialis dum acumine tælorum utitur/acus appellatur.Acicula teſte Seruio ea acus Acicula
eſt/qua capilli diſcriminantur:quæ & acus uocatur.Martialis. Acer
Figat acus tortas ſuſtineatqꝫ comas.Secundi autem ordinis acus/genus eſt pi Acernus
ſcis/maſculini tantum generis:qui cõfracto uentre ex multitudine parere di Acieris
Martialis citur.de hoc meminit Martialis quom ait. Acritas
Varro Et ſatius tenues ducere credis acos.At uero acus huius aceris tertii ordinis/ Acritudo
Seruius neutri generis eſt.Varro rerum ruſticarum libro tertio.Acus ſubſternẽdum Acredula
Priſcianus gallinis parturientibus.purgamentum tritici uocatur.Acer arbor fœminini Aedon
generis/facit in genitiuo aceri/teſte Seruio:quod tamẽ Priſcianus improbat/
dicens debere declinari acer genitiuo aeeris:& recte quidem:cum nulla repe
riatur dictio fœminini generis terminata in er/quæ ſecundæ poſſit eſſe decli
Propertius nationis.Acer format pro materiato acernus.Propertius.
Horatius Stypes acernus eram properanti falce dolatus.Horatius.acernam
Feſtus Cauſape purpureo menſam perterſit.hæc acieris ſecuris erat aerea/qua in ſa
Caper crificiis ſacerdotes utebantur/ut ſcribit Feſtus.Acer acra acrum/teſtibus Ca/
Probus pro & probo decliari poteſt:& acer acris acre:& hic & hæc acris & hoc acre/
Priſcianus teſte Priſciano.Ennius libro.xii.ſomnus repente
Ennius In campo paſſim molliſſimus perculit acris.declinatur nonnunq̃ hic & hæc
Priſcianus acer teſte eodem Priſciano.Vnde idem Ennius ait.
Ennius Aeſtatem poſt autumnus poſt acer Hyems ſit.Eſt autẽ acris/uelox & celer.
Virgilius Virgilius georgicorum tertio.calidumqꝫ animis & curſibus acrem.
Varro Acre/auſterum acerbum aſperum.Varro in parmenone.dimittis acri pecto
Tullius re curas.Acre/ſeuerum.Tullius officiorum libro primo ſuum igitur quiſqꝫ
noſcat ingenium:acremqꝫ ſe & bonorum & malorum ſuorum iudicem præ
beat.Acre/forte.Virgilius libro æneidos octauo.
Tullius Aut acrem dubitas in prælia poſcere turnum.Acre/uæhemens ſæuum. Tul/
Virgilius lius in hortenſio.Aut Philippo breuius:aut Theopompo acrius. Virgilius.
Acremqꝫ moloſſum Paſce ſero pingui.Idem libro æneidos quinto.
Virgilius Acrior ad pugnam redit:ac uim ſuſcitat ira.Acre/prouidum diligens.Virgi/
Virgilius lius geor.ii.
Iam tum acer curas uenientem extendit in annum
Ruſticus.Ab eo quod eſt acer/acritas deſcendit:& acritudo:quæ idem ſigni
Gellius ficant/teſte Gellio libro.xiii.noctium atticarũ.Acredula genus eſt auis: quæ
Cicero alias luſcinia uocatur:de qua Cicero in pronoſticis.
Et matutinos exercet acredula cantus.Hæc & ædon uocatur triſyllaba qui/
Calphurnius dem dictio.Calphurnius egloga ſexta.
Vocalem ſuperet ſi turpis ædona bubo.Aedon item inſula eſt in Aegyptio
Ptolemæus pelago teſte Ptolemæo.

Priſciānus Artifex trium generum eſt Priſciano. Nam & in ablatiuo ſingulari facit artifi Artifex
Statius ce & artifici. Statius libro Achilleidos primo.
Qualiter artifici uictura pollice ceræ. Simili modo dicimus. duplice uel du
plici: triplice triplici: ſupplice ſupplici: etſi ab eo quod eſt artifex/alia ſit cōpo
Statius ſitio. Idem ſtatius libro thæbaidos. xi.
Incipe: an expectas ut Pronus ſupplice dextra.
Acanthus cum c exili & th aſpirato ſcribitur. Quidam fuit puer conuerſus (ut Acanthus
Virgilius dicunt) in florem ſui nominis: De quo flore intellexit Virgilius libro æneidoſ Acanthū
Seruius primo: quom ait.
Et circuntextū croceo uelamen Acantho. Seruius uero dicit eſſe nomen hær Acanthis
Plinius bæ: quæ in Aſſyria naſcitur. Plinius. Acāthos ē topiaria & urbana hærba/ela
to longoq; folio/crepidines marginum/aſſurgentiumq; palmorum toros/ue
ſtiens. Duo autem ſunt eius genera: quorum alterum quidam Melamphylū/
Seruius alii Pederotum uocant. Verum idem ſeruius in pollionem/Acanthum dixit
Virgilius eſſe arborem in Aegypto ſemper frondentem: de qua Virgiliuſ ipſe meminit
georgicorum ſecundo dicens. & baccas ſemper frondentis acanthi.
Eſt etiam Acanthus eadem ſcriptura (non autem cum ch aſpirato & t exili/
hac uidelicet litteratura Acanthus) (ut ſcribit præcipit Gaſparinus) oppidū
Ptolemæus in Macedonia/ut Ptolemæus oſtendit. Acanthon eadem litteratura urbs eſt
Strabo Libyæ poſt Memphin/ teſtibus Strabone/& Ptolemæo. Acanthis eadem li/
Ptolemæus teratura & cum i latino/auis eſt: quæ & carduelis dicitur. Vocata eſt autē acā
this/eo ꝙ inter dumos uel ſpinas paſcatur. Nam ἀκάρθα Græce/latine ſpina
Virgilius tranſfertur. Quod confirmare uidetur. Virgilius georgicorum. iii. dicens. Lit
toraq; alcyonem reſonant: at Acanthida dumi: ubi Seruius legi præcipit. Acā
Seruius thida ab acantha ſpina. Sed Atalantida/ab ea/quæ eſt in recto Atalātis legen
Probus dum tradidit Probus ſuper præfatum Virgilii locum: latinūq; dicit eſſe uoca
bulum. Sed falleris ualeri Probe: Aut enim omnino Atalantis græcum eſt uo
cabulum: aut ſi latinum eſt (ut aſſeris) accuſatiuum græcum Atalantida for/
mare nō pōt. Placet ergo/ut acanthida legatur: non atalantida: qđ nuſq̃ repit̃.
Calphurnius Vnde etiam Calphurnius egloga. vi. ait.
Haſtile credibile eſt ut uincat acanthida cornix.
Atlas huius Atlantis cum t non aſpirato ſcribitur. Proprium fuit nomen gigan
Virgilius tis: qui a poetis cælum humeris ſuſtinere fingitur/dicente Virgilio libro ænei
dos quarto. Vltimus Aetiopum locus eſt: ubi maximus Atlas Axem hume/
ro rorquet. Tres autem fuerunt eodem nomine uocati/ut ſcribit Seruius ſu/
Seruius per octauum librum æneidos. Atlas item pro imagine ponitur hominis ſu/
ſtinentis columnas ædium/aut ipſum ædificium/ad ſimilitudinem uidelicet
Atlantis/cælum (ut dicunt) humero torquentis/ut notat Victruuius. Et hi At/
Victruuius lantes plærunq; gibboſi fiunt: aut gibboſos imitantur/dum onera ſuſtinent:
qui interdum compares ſunt: interdum auerſi: interdum ſe inuicem ſpectant:
Martialis quos prætereūtes mōſtrare ſolent/riſus gratia. Quod tetigit Martialis dicēs.
Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. Eſt autem hæc ſuper præfatū
Georgius Martialis locum Georgii expoſitio: quæ certe mihi magis placet/ q̃ illa Do/
Domitius mitii interpretatio/hac in parte ineptias loquentis. Atlas item fluuius eſt in
Herodotus Iſtrum cadens/teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto: ac etiam Maurita/
Herodotus niæ mons/ut idem Herodotus oſtendit. Ptolemæus autē ſcribit duos Mauri
ptolemæus taniæ montes hoc nomine uocatos: quorum unus maior Atlas/alter minor
Ouidius dicitur: Atalanta cum t exili utrobiq;/filia fuit Iaſi: cuius meminit Ouidius in
epiſtolis/quom ait.
Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta.
Aſcia cum c poſt ſ/ inſtrumentum eſt carpentariorum. Aſia cum unico ſ Se/ Aſcia
quente i latino/regio duplex eſt: maior ſcilicet: & minor. Fuit etiam Aſia Aſia
Heſiodus oceani & Tethyos filia: a qua/ teſte Heſiodo in theogonia/minor Aſia co Aſius
gnominata eſt. Maior autem Aſia/a minore nomen traxit. Aſia item ea
dem ſcriptura/Palus quædam eſt Myſiæ prope Cayſtrum fluuium/ teſte

Seruius Seruio ſuper librum ſeptimum æneidos:cuius prima ſyllaba producitur/di
Virgilius cente Virgilio.ſonat amnis.& aſia longe. Et ab hac aſia fit aſius adiectiuum/
Virgilius ſimiliter prima producta ſyllaba. Virgilius georgicorum primo.
Iam uarias pelagi uolucres/& quæ aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. Eſt & eodem nomine urbs Su/
Ptolemæus ſiæ/teſte Ptolemæo. aſius proprium uiri nomen fuit hecubæ fratris.

Axis a græco trahitur:quod illi ἄξονα dicũt. Ea proprie linea eſt/quæ ab uno Axis
mundi polo in alterum tendit. ad cuius ſimilitudinem/ſeipes ille teres/circa Axos
Virgilius quem rota currus uertitur/ Axis uocatur. Virgilius georgicorum .iii. Axius
Poſt ualido nitens ſub pondere Phaginus Axis. Nonnunq̃ & pro tota ræda Axium
Iuuenalis uel curru ponitur. Iuuenalis dignus Aricinos qui mendicaret ad axes: ideſt
Feſtus ad currus/Ariciam uel ad Aricina nemora adeũtes. aliquando & pro ſeptẽ
Virgilius trionali parte cæli teſte Feſto accipitur. Virgilius georgicorũ ſecundo quæ
Virgilius terga obuerterit Axi:ideſt ſeptentrioni. Quin & pro ipſo cælo idem poeta
poſuit:quom dixit libro æneidos quarto.
Vltimus Aethiopum locus eſt:ubi maximis Atlas
Pompeius Axem humero torquet:ideſt cælũ ſuſtinet. Axis itẽ tabula ſectilis appellatur
Ptolemæus ut ſcribit pompeius. Axos/urbs eſt Cherſoneſi Thraciæ/ teſte Ptolomæo.
Herodotus Axius fluuius eſt:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarũ ſeptimo/ per Mygdo
Ptolemæus niam profluens/iuxta chaleſtram urbem in mare Aegæũ cadit. axium urbs
Priſcianus eſt in Myſia inferiori/teſte Ptolemæo.

Vgannius Ador/a nonnullis indeclinabile traditur. Ego autẽ declinabile inuenio:quod Ador
Vgannius etiam Priſcianus annotauit. Vnde Vgannius libro ſecundo ait. Adoreum
Emicat in nubes nidoribus ador adoris. Idem in eodem.
Illam ſponte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos. Vbi prima & ſecunda ſyllaba
Auſonius in obliquis indifferenter ponitur. Auſonius.
Moxqꝫ ador atqꝫ adoris de polline pultificũ far. declinatur nonnunq̃ & hoc
Plinius adoreum. Plinius. Far quod adoreum ueteres uocauere. Inde & adorea ſacri
Virgilius ficia/dicente Virgilio. & adorea liba per herbam.
Subiiciunt epulis. Vbi etiam do ſyllabam Virgilius ipſe produxit. Annona
Feſtus hæc(ut ſcribit Feſtus)ab antiquis etiam Edor uocabatur. Edor

Pompeius Agolum neutri generis eſt. Vnde Pompeius ait. Agolum paſtorale,baculum/ Agolum
Vgutio quo pecudes aguntur. Vgutio declinat hic agolus. Agolus

Claudius Abiges/Abigeus/ abactor in uno ſignificato accipi poſſunt. Tribus enim Abiges
his uocabulis/pecuariorum animalium fures appellati ſunt. Proprie Abige Abigeus
us dicitur/q pecora a paſcuis & armẽtis ſubducit. ff. de abigeis. ubi habetur. Abactor
Qui pecudem unam aberrantem/uel equos de ſolitudine abduxerit/non eſt
abigeus:ſed fur:quia Abigeus proprie gregem abigit. Vnde Claudius furẽ
ab abigeo diſcernit dicens. Nam qui unam ſuem ſurripuerit/ut fur coercebi
tur:qui uero gregem/ut abigeus.

Ambages & Ambago in uno ſignificato accipi poſſunt. dici poteſt circuitus: Ambages
Lucanus uel dubia ſeu profuſa locutio. Lucanus libro primo. Ambago
Multaqꝫ tegens ambage canebat.

Caper Agnus apud antiquos communis generis fuit/teſtibus Capro/& probo:quin Agnus
Probus & pro epicœno (ut Feſtus refert) iidem ueteres protulere. Nunc aũt fœmina Agna
Feſtus Agna uocatur/dicente Iuuenale ſatyra. xii. niueam reginæ cædimus agnam. Agnas
Iuuenalis Agnas a Ptolemæo fluuius põitur:cuiꝰ hoſtiũ dicit eẽ i mauritania Tigitana.

Ptolemæus Algor & Algus quarti teſte Priſciano ordinis/in uno ſignificato accipi poſſũt Algor
Priſcianus Plautus in rudente. Vel ſuda:uel peri algu:uel etiam ægrota:uel uale. declia Algus
Plautus tur nonnunq̃ & ſecunda declinatione/ut ſcribit Marcellus. Vnde & Accium Alga
Marcellus inducit dicentẽ:ſaxo/ſenio/pudore/algoqꝫ/& fame. & Lucretius libro. iii. ait.
Accius Sollicite euolitãt morbis/algoqꝫ/fameqꝫ. Alga hærba quædam eſt marina.
Lucretius Virgilius libro æneidos ſeptimo. lateriqꝫ illiſa refunditur alga.

Virgilius Alo alis facit in ſupino alitum uel altum. Inde uerbalia alitor uel altor: Alo
Alexander alitrix uel altrix. Ab alo altilis deſcendit: quæ (ut Alexander tradit)

in ſingulari numero fœminini generis eſt: in plurali uero neutri: Sed magis
ꝓprie adiectiue declinari debet hic & hæc altilis & hoc altile. Nã & altilis pi
ſcis, altilis auis, altilis quadrupes dicitur: qui ſagina altus, uel ſaginatus eſt.
Nonius Nonnunq̃ altile pro eo quod eſt opulentũ ponitur teſte Nonio. Vnde Plau-
Plautus tus in ciſtellaria ait. prohibet diuitiis maximis dote altili atq; opima. Halo Halō
Apuleius halas cum aſpiratione in initio ſcribitur teſte Apuleio: ut ſcilicet ab alo alis
Virgilius differat. Et producit primam ſyllabam. Virgi. in Georgicis. Quæ tenuem ex
Virgilius halat nebulã: fumoſq; uolucres Alo alis primam corripit. Virgilius. Bis ue-
nit ad mulctram: binos alit hubere fœtus.
Seruius Alũnus cũ unico l ſcribit: & is dici pōt, q ab aliquo alitus ẽ: & qui aliquẽ aluit, Alumnus
Marcellus ut ſcripſit Seruius ſuper librũ ſextũ æneidos, & Marcellus. Quorũ quantũ
Laurentius ad ſecundũ ſignificatũ ſententiã, Laurentius libro elegantiarum improbat.
Virgilius Alumnus nonnunq̃ & pro filio ponitur. Virgilius libro æneidos ſeptimo.
Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum.
Ala cũ unico l ſcribitur: & primã producit ſyllabã: & ſi a uerbo alo primam Ala
Ouidius corripiẽte ſyllabã deriuetur. Ouidius libro metamorphoſeos. viii. Et modo Aſcella
Hieronymus factus auis fuluis haliætus in alis. Ala format per diminutionẽ aſcella. Hiero. Axilla
in prouerbiis ca. xviiii. abſcondit piger manũ ſuã ſub aſcella. facit aũt ala (ut Ales
Priſcianus Priſciano placet) axilla. Ala itẽ equitũ ordo dicitur teſte Seruio: ut eſt apud
Virgilius Virgilium libro æneidos quarto.
Dum trepidãt alæ, ſaltuſq; indagine cingunt. Ales quom uelox īterpretat̃,
ut alite planta, cōis generis eſt. Quom uero pro aue accipitur, tam maſculi-
Lactantius ni q̃ fœminini generis eſt. Et (ut dicit Lactantius grãmaticus ſuper librũ ter-
tium thæbaidos) quãdo fœminino genere profertur, malũ protẽdit auguri
Horatius um: ut eſt apud Horatiũ. Mala ſoluta nauis exit alite. Quom autẽ genere
Virgilius maſculino, bonum demonſtrat. Virgilius. Nanq; uolans fuluus Iouis ales in
Priſcianus æthra. & facit in genitiuo plurali alituum & alitum, teſte Priſcião. Martialis.
Martialis Inter ſapores fertur alitum primus.
Lucretius Ionicarum guſtus attagenarum. Lucretius libro quinto.
Virgilius Principio genus alituum uariæq; uolucres. Virgilius libro æneidos. xi.
Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat.
Alius alia aliud facit ĩ genitiuo alius li producta ſyllaba: dtō alii: qnetiã (ut te Alius
Priſcianus ſtat̃ Priſciãus) gtō alii aliæ alii: dtō alio aliæ alio. Cicero. Si res tota totæ aliæ Alio
Cicero rei neceſſe ẽ, ſimiliter ſit. Et Matthæi octauo capitulo legit̃. dico huic: uade: Alias
Matthæus & uadit: & alio: ueni: & uenit: & ſeruo meo: fac hoc: & facit. & in euangelio Aliuta
Lucas Lucæ. deinde alio dixit. Tu uero quantum debes? Qui ait: centum coros tri
Feſtus tici. & Feſtus ait. Alii rei dixit Plautus pro aliæ rei. Cœlius libro primo. Ne
Cœlius q; ipſi eos alii modi eſſe atq; hamilchar dixit, oſtendere poſſunt aliter. Qui
Cœlius etiam alii genitiuũ fœminini generis, queadmodũ & Plautus, ita & Cœlius
ipſe protulit, quom præfato libro ait. Anteq̃ barca perierat alii rei cauſa in
Priſcianus aphricã miſſus. Quod certe (ut Priſcianus dicit) mirũ uidetur. Et notandum
Diomedes ꝙ antiqui (ut Diomedes ſcribit) alis pro alius in recto protulerũt. Alio ſigni
ficat ad locũ: Alias aduerbiũ tẽporis ẽ: ideſt alio tpe. Alias itẽ ꝓ alit̃ pōitur: &
Feſtus tũc aduerbiũ ẽ q̃litatis. & (ut ſcripſit Feſtus) ueteres pro alias aliuta dicebant.
Pompilius hīc ẽ illud ĩ legibus Numæ Pōpilii. ſi quiſq̃ aliuta faxit, ipſus Iouis ſacer eſt.
Priſcianus Alter altera alterum facit in genitiuo alterius uel alteri alteræ alteri: datiuo al Alter
Hieronymus teri uel altero alteræ altero teſte Priſciano. Hieronymus in Iohele primo Altero
Terentius capitulo: Filii eorum narrabunt generationi alteræ. Terentius in heauton Alteras
timorumeno. hoc ipſum alteræ dum narrat forte audiui. Alteras ãtiqui pro
Pompeius aliter dicebant teſte Pompeio. Altero alteras uerbum, te ſyllabam corripit. Aliter
Ouidius Ouidius in faſtis.
Ille ſuam faciem tranſformat & alterat arte. Alter maſculini generis facit
in genitiuo alteris te ſyllaba producta: & eſt contra regulam Alexandri
Martialis ter per tris forma. Martialis. Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti? maſ
ſa erat explumbo: qua ad exercenda corpora in gymnaſiis utebantur.

Nec ē latina dictio/ut Vgutio ſomniat:ſed græca/ dicta ab ὁλλομαι quod
Pollux — eſt ſalio. Vnde Iulius Pollux gymnaſiorum inſtrumenta enumerans ait καὶ κόμεως σπυρίς καὶ ἁλτῆρες τροχοὶ καὶ δίσκοι. Hoc eſt pulueris ſportula: &alteres trochi:& diſci.

Priſcianus — Alteruter facit in genitiuo alterutrius uel alteriuſutrius teſte Priſciano / Cice/ronem/ Aſelionem/ Pacuuium/Catonem inducēte. — Alteruter

Georgius, Tortelli⁹ — Alcyone cum c exili & y græco ſcribitur: & (ut tradit: Georgius) in initio nequaquam aſpirationem recipit:& ſi cū aſpiratione principii a Tortellio ſcribi præcipiat̃. Fuit Ceycis uxor:quæ uiſo cadauere mariti i littus eiecto ſe deiecit in mare:iuſſuq; Amphitrites/ambo in aues conuerſi ſunt. — Alcyone, Alcyon

Homerus, Euſtachius, Lactantius, Seruius, Pacuuius, Statius, Ouidius, Plinius — Altera eodem nomine fuit Eueni fluminis filia:quæ poſtea Marpiſſa teſte Homero libro iliados nono/uocata eſt.Et(ut ſuper Homerum ſcribit Euſtachius)pro aue/hæc alcyon/pro muliere uero/hæc alcyone declinari debet. At uero Lactantius grammaticus ſuper librum nonum thæbaidos:pro muliere hæc Alcyone/pro aue/hic & hæc Alcyonis declinari præcipit.Idē tradit Seruius ſuper librum primum georgicorum :& pacuuium īducit dicentem Alcyonis ritu littus peruulgans furor.Sed infirmum eſt pro Seruio quod affert exemplum.Nam hic genitiuus alcyonis/ita a b alcyon recto(ut uult Euſtachius)ſicut ab alcyonis/formari pōt.Ego autē etiam pro aue hæc alcyone poſitum inuenio.Statius libro thæbaidos nono.Alcyone deſerta gemit quom pignora ſæuus.Ouidius libro metamorphoſeos.xi. Incubat alcyone pendentibus æquore nidis.Auis eſt genus: quæ teſtē Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ Paulo maior eſt paſſere:habetq; maiore ex parte pēnas purpureas candidis admixtas:collo gracili ac procæro:quam uideri contingit raro:qa nunq̃ niſi circa ſolſtitia/& in bruma/in qua oua deponit/apparet. Nam tunc quoq; medio fere hyemis/in mari ipſo nidificat:quo tempore/ſi pontus undoſus fuerit/ipſis ouis manſueſcit:caduntq; procellæ oēs: donec poſita oua — Alcynis, Alcedo

Virgilius, Varro, Feſtus, Priſcianus, Plautus — foueat.de hac Virgilius.Littoraq; alcyonem reſonant:at acāthida dumi hæc & alcedo uocatur/ut Varro teſtatur/& feſtus:& latinū eſt Priſciano teſte uocabulum:de qua Plautus in pœnulo. Quam mare dulce eſt/ quom ibi alcedo pullos educit ſuos.

Horatius, Feſtus, Næuius, Seruius, Lucanus — Alea cum unico l ſcribitur:& primam producit ſyllabā. Horatius in epiſtolis Quem damnoſa uenus quem præceps alea nudat.Ludus eſt. Hinc deducit̃ aleator/& hic aleo ut ſcribit Feſtus.Aleo/uel aleator/is dicitur/ qui aſſidue alea ludit.Næuius.Peſſimorum peſſime/audax ganeo/luſtro/aleo.Alia cum unico l ſcribitur teſte Seruio.Nam & primam corripit ſyllabam:ut eſt apud Lucanum. — Alea, Aleator, Aleo, Alia, Allia, Alliū

Virgilius, Seruius, Liuius — Quas Aliæ clades.At uero Virgilius ꝑmā ꝑduxit quom libro æneidos.vii.ait
Quoſq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen: Vbi Seruius/ aliud l dixit eſſe interpoſitum metri gratia. Fluuius eſt teſte Liuio libro quinto ab urbe condita in Tyberim defluens:qui a Gaſparino cum aſpiratione initii annotari præcipitur Allium cum duplicato l/primam producit poſitione ſyllabā

Virgilius, Serenus — Virgilius egloga ſecunda.
Allia/ſerpillumq;/hærbas contundit olentes:Serenus.
Allia præcipit Ticini ſententia necti:hoc eſt ſententia phyſicorum papienſium.

Horatius — Horatius in epodo.edat cicutis allium nocentius.

Feſtus, Priſcianus, Cato, Accius, Pulex — Aluus fœminini generis eſt teſte Feſto:quin etiā maſculini teſte Priſciāo libro ſexto.Vnde Cato ad filium.ex aluo lauando dixit.Accius annalium primo.
Maia nemus retinēs ḡuido cōcepit i aluo.Pulex i epitaphio hermaphroditi.
Cum mea me genitrix grauido geſtaret in aluo/
Quid pareret fertur conſuluiſſe deos.
Mas eſt/phœbus ait:Mars fœmina:Iunoq; neutrum:
Cunq; forem natus/hermaphroditus eram.
Quærenti lœtum ſi Iuno ait:occidet armis:
Mars cruce:phœbus aquis:ſors rata quæq; fuit. — Aluus, Aluulus, Alueus, Alueolus, Alueum, Alueolum, Alucar, Alueare, Aluearium

Arbor obumbrat aquas aſcendo: decidit enſis
Quem tulerat caſu: labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramo: caput incidit amne: tuliq;
Fœmina/uir/neutrum/flumina: tela: crucem. Proprie fœminæ uenter aluus ē.

Pompeius Nec ab abluendo deducitur/ut Vgutio ſomniat: ſed ab alendo/auctore pom
peo. Abuſiue tamen aluus dici poteſt receptaculum omnium ſordium. Et for
Seruius mat per diminutiōem aluulus. Alueus foſſa eſt fluminis: & teſte Seruio cuiuſ
libet rei innanimatæ uenter appellari poteſt: formatq; diminutiue alueolus.
Feſtus declinatur nōnunq̄ & hoc alueum. Feſtus. Nauſtabulum alueum eſt/ad nauis
ſimilitudinem factum: cuius diminutiuum eſt alueolum penultima correpta
Feſtūs ſyllaba. Feſtus. Alueolum tabula eſt aleatoria. Iuuenalis ſatyra quinta. Later/
Iuuenalis na/illud enim noſtris datur alueolis/quod hæc tabula alueolum/aliis nomi/
nibus pyrgus/fimum/fritillus uocatur. Eſt etiam alueum/uel alueus/uaſis ge
Hierōymus nus: cuius diminutiuo uſus eſt Hieronymus/cum ait in libro Danielis. Abba/
cum intriuerat panes in alueolo/ut ferret meſſoribus. Alueare/& per apoco/
pen aluear/& alueariũ/locus uocatur/in quo apes deliteſcunt: & nonnunq̄
pro alueo ponuntur.

Herodotus Amaſis huius amaſis uel amaſidis/fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarũ ſecun Amaſis
Lucanus do/Aegypti rex: cuius tumulus fuit una pyramidũ/dicēte Lucano libro. viiii. Amaſius
Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſi. Amaſius & qui amat/& qui a Amaſio
Prudentius matur/dici poteſt. hic & amaſio/pro eo qui amat uocatur. Prudētius in hym/ Amaſia
nis. Amaſiōum comprimũtur fraudibus. Simili quoq; modo/& quæ amat/& Amaſenus
quæ amatur/amaſia dicitur. Amaſcenus fluuius eſt Volſcorum Priuernarũ.
Ouidius Alium eodem nomine eſſe in Sicilia fluuiũ oſtēdit Ouidius quom ait libro
metamorphoſeos. xv.
Nec non Sicanias uoluens Amaſenus arenas
Nunc fluit: interdum ſuppreſſis fontibus aret.

Pompeius Amnis tā fœminini q̄ maſculini generis apud antiquos fuit/teſtibus Pōpeio in Amnis
Seruius dictione corius pro corium/Seruio ſuper librum nonum æneidos/Capro/
Caper Probo/Priſciano. Neq; ab eo quod eſt amœnus deducitur/ut Vgutio ſomni
Probus at: ſed ab ambio quod eſt deſcēdo/actore Varrone: uel ab ἀμφὶ quod ē cir/
Priſcianus cum/& nare fluere/ut ſcribit Pompeius.

Vgutio Amœnitas & amœnitudo in uno ſignificato accipi poſſunt: & ſcribitur cum Amœnitas
Varro œ diphthongo in ſecunda ſyllaba. Componitnr enim (ut tradit Seruius) ex Amœnitu/
ἀ & mœnio/quod eſt munio. Varro autem/& feſtus/ab amando amœnum do
Pompeius dictum uoluerunt. Quod ſi uerum eſt/cum æ diqhthongo potius q̄ cum œ/
Seruins amænus ſcribi deberet.

Varro Amphitrite cum i latino utrobiq; & te exili in utraq; ſyllaba ſcribitur: compō
Feſtus niturq; ex ἀμφὶ quod eſt circum/& τρεῖν terrere. Mare enim circum ſe na Amphitrite
uigantes pereundi terrore inſequitur. Nec a tritus trita tritum deriuatur/ut
Vgutio ſomniauit/& catholicon. Vxor Neptuni fuit: & ponitur pro mari
Ouidius qđ uniuerſũ cōplectitnr orbē. Ouidius libro metamor. i. nec brachia longo
Claudianus Margine terrarum porrexerat amphitrite. Claudianus de raptu proſerpiæ.
etiam Nereia Glauco
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

Antiphates cum i latino & t exili ſcribitur: & facit in genitiuo Antiphatis uel Antiphateſ
Syllius Antiphatæ. Et penultimam ſyllabam corripit. Syllius libro. xiiii. Antiphateꝰ
Virgilius Poſt durum Antiphatæ ſeptrum/& cyclopea ſaxa. Virgi. li. æneidos. viii.
Priſcianus Et primum Antiphaten: is enim ſe primus agebat. proprium fuit uiri nomē Amaritudo
qui Antiphateus teſte Priſciano uocatus eſt. Amaror

Virgilius Amaritudo & amaror in uno ſignificato accipi poſſunt. Virgi. georgicoꝝ. ii.
Lucretius Triſtia tentatum ſenſu torquebit amaror. Lucretius libro quarto.
Quom tuimur miſeri abſcinthia/tangit amaror

Aeuum cum æ diphthongo ſcribitur: nec/ab eſſe infinito deducitur/ut Vgu/ Aeuum
Apuleius tio ſomniauit: ſed ab αἰὼν auctore Apuleio/u littera interiecta hiatus cau Aeuitas
Priſcianus ſa. Inde aeuitas & aeuiternus teſte Priſciano: quod & per ſyncopam Aetas

| | | |
|---|---|---|
| Varro | aetas dicitur:& æternus. Varro in pſeudenea. Per æuiternam hominum do- | Aeuiternus |
| | mum tellurem propero gradum. Placet hoc loco quorundam errorem re- | Aeternus |
| | fellere: qui hunc eundem Apuleum putant magiam ſcripſiſſe. Falſi .n. ſunt. | |
| | Nam qui magiam ſcripſit/ hac litteratura Apulegius uocatur. Et hic fuit ſcri | |
| Priſcianus | ptor Priſciano anterior. Vnde idem Priſcianus tractatu de præteritis & ſupi | |
| | nis/ huius apulegii ī hermagora exemplum affert in præterito poſiui ꝓ po- | |
| | ſui. Alter autem hac ſcriptura Apuleius/ ſcriptor fuit Priſciano poſterior. q̄ | |
| | de aſpiratione & diphthongo diſſeruit. hic Apuleius ī dictione plebs/ an cū | |
| | æ diphthongo ſcribi debeat/ Priſcianum inducit: cuius regulam ī ipſa dictiō | |
| | ne nos etiam recitabimus. | |
| Virgilius | Aer medium eſt ſpacium inter cælum & terram. Virgilius libro æneidos. v. | Aer |
| | Aera dimouit tenebroſum:& diſpulit umbras. Nonnunq̄ aer pro altitudīe | |
| Virgilius | ponitur. Virgilius georgicorum ſecundo. ubi aera uincere ſummum. | |
| Varro | Arboris haud ullo iactu potuere ſagittæ. Aer item ſonus uocatur. Varro in | |
| | andabatis. Anima ut concluſa in ueſica quando eſt arte ligata/ ſi perculeris | |
| | aera reddet. Aer græcum eſt uocabulum. Nam apud illos ἀὴρ ſcribitur. Nec | |
| | ab ἔριϲ quæ eſt lis deſcēdit: quaſi ſit ſine lite per cōtrariū/ ut Vgutio ſōniauit | |
| Lactantius | Aether cum æ diphthongo & th aſpirato ſcribitur. hic teſte Lactātio Firmia | Aether |
| | no libro primo/ fuit creditus a cleanthe & Marimone laudatis phyſicis/ ſū- | Aethra |
| Virgilius | mus deus. Quod etiam Virgilius tetigit quom dixit georgicorum ſecundo. | |
| | Tum pater omnipotens fæcundis imbribus Aether/ | |
| Pronapides | Coniugis in gremium lætæ deſcendit. Pronapides uero pœta græcus dixit | |
| | illum fuiſſe Dæmogorgonis filium: quē Chaos eius uxor tūc genuit/ quom | |
| Anaxagoras | ignita exhalauit ſuſpiria. Quare Anaxagoras/ & pœte noſtri illum ſecuti/ pro | |
| Ouidius | elemento ignis aethera ipſum poſuerunt: ut. Ouidius libro metamorpho- | |
| | ſeos primo. | |
| | Hæc ſuper impoſuit liquidum & grauitate carentem | |
| Ariſtoteles | Aethera: nec quicq̄ terrenæ fæcis habentē. At uero Ariſtoteles in libris quos | |
| | de cælo compoſuit/ dixit aethera pro cælo ponendum eſſe: ita ut dicat uoca | |
| | bulum ipſum ex ἀεὶ quod eſt ſemper/ & θέω quod eſt curro componi: quaſi | |
| Ouidius | perpetuam uolubilitatem indicet. Iuxta quod etiam Ouidius ait ad Cæſarē | |
| | Sic habites terras/ & te deſyderet aether: hoc eſt cælum. Aethra cum æ diph | |
| | thongo & th aſpirato ſcribitur: nā ab aethere deriuat: & apud nos fulgorē | |
| Virgilius | aetheris/ hoc eſt cæli indicat. Virgilius libro æneidos tertio. | |
| | Nam neq; erant aſtrorum ignes: nec lucidus aethra | |
| Tortellius | Syderea polus. fuit Theſei mater. Aliam eodem nomine ſcribit Tortellius | |
| | filiam fuiſſe Pitthei/ Comitem & conſilium Helenæ: Et inducit Ouidium in | |
| | epiſtola ad Parim dicentem. | |
| | Cætera per ſocias Clymenen Aethramq; loquamur: | |
| | Quæ mihi ſunt comites cōſiliumq; duæ. Verum/ Tortellius fallitur: nec ho | |
| | merum in tertio iliados/ quem etiam in huius rei teſtimonium īducit/ recte | |
| | intelligit. Nam Aethra Pitthei filia/ eadem eſt/ quæ & mater Theſei. | |
| Ouidius | Vnde Ariadne apud Ouidium Theſeo obiecit dicens. | |
| | Nec pater Aegeus eſt: nec tu es pittheidos Aethre Filius. | |
| | Ango angis facit in ſupino anctum: ac etiam (ut quidam uolunt) anxum. | Ango |
| Priſcianus | Nam teſte Priſciano anxus participium pro anctus nonnulli protulerunt. | |
| Marcellus | Anxietas & anxitudo in uno ſignificato accipi poſſunt/ ut ſcribit Marcellus. | Anxietas |
| Tullius | Tullius de republica libro ſecundo. Quartaq; anxitudo prona ad luctum/ | Anxitudo |
| | & mærens/ ſemper ipſa ſe ſollicitans. | Angiportus |
| Plinius | Angiportus quarti ordinis/ & hoc angiportum/ declinari poteſt/ teſtibus Pli | Angiportū |
| Seruius | nio libro primo artis grāmaticæ/ & ſeruio Terentius in adelphis. Id quidem | |
| Terentius | angiportum/ non eſt peruium. Idem in phormione. Sed hinc cōcedam uos | |
| Terentius | tranſire in angiportum hunc proximum. Iter eſt compendiarium in oppido | |
| Feſtus | ut ſcribit Feſtus. | |
| Priſcianus | Anguis maſculini generis eſt teſte Priſciano/ dicente Virgilio. | |

Virgilius Frigidus(o pueri fugite hinc)latet anguis ĩ hærba. Quin etiam fœminini ge-
Valerius neris comperitur. Valerius Maximus libro primo .L. Sylla conſul ſociali
bello cum in agro Nolano ante pretorium ĩmolaret-ſubito ab una parte aræ
prolapſam anguem proſpexit: quia uiſa-poſthumii haruſpicis hortatu-conti
nuo exercitum ĩ expeditionẽ eduxit: ac fortiſſima caſtra Sãnitũ cepit. Anguis
Priſcianus format per diminutionẽ anguiculus. Nam (ut dicit Priſciãus) Anguilla dimi-
Tullius nutiuum nõ ẽ: etſi formã diminutiuã habere uideat. Tullius de finibus libro
quinto. Serpere anguiculos-natare anaticulos-uolare merulas-cornibus uti
uidemus boues: nepas aculeis: ſuã deniqꝫ cuiqꝫ naturã eſſe aduiuẽdum ducem
Seruius Aquarum proprie angues ſunt-ut ſcribit Seruius.
Solinus Anapius cum i poſt p tetraſyllaba dictio a Solino ponitur. fluuius eſt Siciliæ Anapius
Ouidius qui ab Ouidio Anapus ſcribitur. Ait enim libro ſecũdo de ponto. Quaqꝫ ſu- Anapus
is Cyanen miſcet Anapus aquis. Idem libro faſtorum quarto. Præterit & Cy Anapis
Ouidius anẽ & fontes lenis anapi. hic etiam anapis quandoqꝫ uocatur. Vnde Cyane
Ouidius ꝓſerpinæ comes apud eundẽ Ouidiũ loquẽdo Plutõi libro. v.
Metamorphoſeos ait & me dilexit Anapis-
Exorata tamen nec ut hæc exterrita nupſi. Et facit in genitiuo Anapidis. Amygdaluſ
Seruius Amygdala cum y græco ſcribitur. & a noſtris nux longa dicitur-teſte Seruio ſu Amygdala
Vgutio per primum georgicorum. fructus arboris-ab Vgutione Amygdalus maſcu Amygdalũ
lini-amygdala fœminini-amygdalum neutri generis dicitur. Arbor autẽ-hæc
Hieronymus amygdalus declinatur. Vnde Hieronymus in eccleſiaſte capitulo. xii-ait.
Hieronymus Amygdalus florebit: impinguabitur locuſta diſcipabitur capparis. ꝓ fructu-
idem Hieronymus, in libro numerorũ capitulo. xvii. Qui foliis dilatatis in a
mygdalas deformati ſunt.
Amyclæ pluribus tantum numeri cum y græco-& c exili ſcribitur. Vrbs fuit La Amyclæ
Statius coniæ: de qua libro primo achilleidos meminit Statius dicens. Amyclas
Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Amyclon
Dardanus-incautas blande populatus Amyclas. Alia hoc nomine uocata fu
Seruius it in Italia, urbs inter Caietam & Tharachynam conſtituta: quæ teſte Seruio
ſuper librum decimum, æneidos-a Laconibus-qui comites Caſtoris fuerãt &
Lucilius polucis-conſtructa fuit. Que deinde tacẽdo periit-ut dixit Lucilius: & Virgili
Virgilius us tetigit libro præfato quom dixit. tacitis regnauit Amyclis. Quod ſane ꝑ
hunc modum fuiſſe fertur. Ciues eius urbis cum pythagoream ſectam a cæde
animalium obſeruarent-& ex uicinis paludibus natos ſerpentes occidere ne-
Plinius fas putarent ab iiſdem interempti ſunt. Quam ſentẽtiã Plinius libro quinto
naturalis hiſtoriæ-his uerbis confirmare uidetur-quom ait. Iuxta Tarachynã
fuere Amyclæ a ſerpentibus deletæ. Sed tacitas dixit Amyclas Virgilius: hoc
eſt pythagoreas: quia taciturnitatem pythagoras primum diſcipulis ꝑ quin-
quenniũ indicebat. Alii aliter exponunt. Cum. n. (aiunt) frequẽter nũtiarẽtur
hoſtes-& inani terrore ciuitas quaſſaretur-lata lege cautum eſt-ne qs unq̃ ho
ſtis nunciaret aduentũ. Poſtea uero cum hoſtis nullo nuntiãte ueniret-ex im-
prouiſo ciuitas capta eſt. Vnde tacitæ dictæ ſunt: quia ſilentio perierũt. hinc
Lucilius eſt quod ait Lucilius. Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio Amyclas tacẽdo periſ
ſe. Amyclas eadem ſcriptura-nauta fuit pauperrimus in epiro: cuius meminit
Lucanus Lucanus libro quinto. Et facit ĩ genitiuo Amyclatis uel Amyclæ. Amyclon
etiam cum y græco-ciuitas fuit pæoniæ-ſeu Macedoniæ.
Seruius Apex proprie teſte Seruio dicitur in ſummo flaminis pileo uirga: ĩ cuius extre Apex
Virgilius mitate modica lana eſt: & interdum ſummitas pilei intelligitur. Virgilius li- Apiculum
bro æneidos ſecundo. Apiculus
Ecce leuis ſummo de uertice uiſus Iuli
Poponius Fundere lumen apex. Ab apice fit diminutiue apiculum-dicente Pompeo.
Vgutio Apiculum filum quo flamines uelatum apicẽ gerũt. Vgutio dicit ꝙ apex for
Priſcianus mat diminutiue apiculus. Apices itẽ pro litteris ponũtur. Apes & Apis in re- Apes
Ouidius cto-teſte Priſciano declinari poteſt. Ouidius libro metamorphoſeos. xiiii. Apis
Non apis inde tulit collectos ſedula flores. Nam ſi apes dixiſſet-uerſus ſtare Apicula

Iuuenalis non poſſet. & facit in genitiuo plurali apum: ac etiam apium. Iuuenalis. Exa Apecula
Ouidius menq; apium longa conſederit uua. Ouidius libro metamorphorſeos. xv. Apis
Meliferarum apium ſine membris corpora naſci. Apes uel apis in recto/ per Apium
Vgutio diminutionem format apicula. Vgutio autem uult ꝙ ab ea quæ eſt apes in Apia
recto/ formetur apecula (quod nuſꝗ legitur) ab apis apicula Nec tamen intel
ligit Vgutio/ ꝙ etiam a terminatis in es/ fiat in aliquibus dictionibus diminu/
tiuum in icula: in aliquibus ſecundum regulam in ecula: ut apes apicula: ſedes
ſedicula: cædes cædicula: ædes ædicula: fides fidicula (de qbus duobus poſtre/
mis alibi diſſeremus) nubes nubecula: uulpes uulpecula. Terminata in is fœ/
minina/ formant diminutiuum in icula: ut cratis craticula: cutis cuticula: ſecu
ris ſecuricula. Apis maſculini generis dicitur lingua Aegyptia bos. Et produ/
Lucanus cit primã ſyllabam. Lucanus. Et ſacer in cineres Magni mactabitur apis. Et fa
cit in genitiuo apis uel apidis. Apium cum unico p ſcribitur: nam primã cor/
Columella ripit ſyllabam. Columella libro. xi.
Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus. Genus eſt hærbæ. Apia cum unico
Herodotus p/ dicitur a Scytis terra/ teſte Herodoto libro quarto.

Artemiſius cũ t exili & i latino utrobiq;/ & unico ſ ſcribitur. Mons eſt Arcadiæ Artemiſius
Demoſthe/ teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ. Artemiſium (ut oſtendit Demo Artemiſiũ
nes ſtenes in oratione pro Cteſiphonte) promontorium eſt Euboiæ. Artemiſiũ Artemiſia
item Hyperides ſimulacrum appellant: quin & apud Macedonæs menſis ma Ambroſia
Herodotus ius artemiſius dicitur. Artemiſia uxor fuit Mauſoli teſte Herodoto libro Hi
Plinius ſtoriarum ſeptimo. Artemeſia item herba quædam eſt: quã Plinius eſſe Am
Diſcorides broſiam credit. Idem uidetur ſentire Dioſcorides quom ait. Ambroſia quã
Ouidius multi artemiſiam dicunt/ plurimas in fructice detinet urigas palmis tribus.
De hac Ouidius libro primo de ponto.
Nectar & ambroſiam latices epulaſq; deorum
Det mihi formoſa grata iuuenta manu.

Alexader & Alexandrus in recto declinari poteſt: ſicut Euãder Euãdrus: Ther Alexander
ſander Terſandrus: Menãder Menãdrus: fuit Philippi Macedonis filius. Alex Alexãdrus
Priſcianus andria cum i in penultima ſyllaba/ & Alexandrea cum e teſte Priſcião & ſcri/ Alexandria
Horatius bi/ & efferri poteſt. Horatius libro quarto carminum. Alexãdrea
Nam tibi quo die portus Alexandrea Alexandrĩ
Propertius Supplex/ & uacuam patefecit aulam. Propertius. nus
Noxia Alexandria dolis aptiſſima tellus. Fuit trium urbium nomẽ ab Alexã Alexãdreuſ
Curtius dro conſtructarum/ teſtibus Curtio/ & Iuſtino: quarum una fuit in Aegypto Alexandre
Iuſtinus non longe a nili hoſtio/ ut dixit ſolinus: alia ĩ Aſia: alia ĩ Scythia ſup Tanaim nus
Solinus Alias plures urbes eiuſdem nominis apud Ptolemæum ĩueni. Quarum una
Ptolemæus eſt in Syria iuxta Iſſum fluuium: alia in Carmania: duplex in Sogdiana pro
uincia: alia in Aria: alia in Aegæo pelago phrygiæ minoris: alia ĩ Arachoſia.
Quædam etiam inſula perſidi adiacẽs/ Alexandria eſt uocata/ ut idem Ptole/
mæus ſcribit: quæ (ut ait) etiam Aracia cognominata eſt. Alia eodem nomine
urbs eſt in Luguria/ ſub dictione Mediolanenſis principis. Et ab alexãdria fit
Alexandrinus: ab Alexadrea uero Alexandreus formatur: uel forte Alexan/
drenus: ſicut a Nicea Nicenus: ab Antiochea Antiochenus.

Aliptes cum unico l & i latino ſcribitur: & dici poteſt unctor. Is enim erat/ cu/ Aliptes
ius curæ tradebantur qui in ſacris certaminibus purgarent: dictus ἀπό τοῦ
Vgutio ἀλείφειμ: ideſt ab ungendo: nõ autẽ ab alo alis/ ut ſomniauit Vgutio Iuuena
Iuuenalis lis ſatyra quarta.
Grammaticus rhætor gæometra pictor aliptes. Nec hoc in loco dici poteſt
Georgius geometres/ ut legendum putat Georgius. Non enim tertius pes dactylus eſt)
ut ſcandit ipſe Georgius (neq; quartus ſpondeus: ſed torgæ ſpondeus ẽ: ome
tra dactylus. Nam apud græcos cum ε in prima & ω magno in ſecunda ſylla/
Homerus ba ſcribitur: ſiue cum αι diphthongo in prima: ut eſt apud Homerum in. xi.
Theocritus odyſſeæ. εἴδομ καί τι τυομ γαίησ ἐρικυδέοσ υἱομ. Theocritus edyllio pri/
mo εἴστο κάταμτεσ τοῦτο γέωλοφομᾶτε μυρῖκαι. Vnde apud Iuuenalẽ

gæometra legendum eſt cum æ diphtongo in prima.
Allophylus cum duplicato l & y græco/ſequente unico l ſcribitur:& dici pōt Allophyluſ
alienigena. Nam componitur ex ἄλλο quod eſt aliud/& φῦλον genus. Ne/
q; a philos qui eſt amicus deſcendit/ut Vgutio ſomniauit. φιλοσ enim cū i la
tino/quom amicum ſignificat/apud græcos ſcribitur:que tamen littera ab il
lis iota dicitur:& habet primam ſyllabam correptam:ut Pamphilus. φῦλον
autem genus/cum y græco ſcribitur:& primam ſyllabam producit:ut pam/
phylia. Memini tamē certo apud quendam auctorem metricum nō magnæ
auctoritatis legere/Allophyllus phy ſyllaba correpta:&(ut puto)ipſe eſt pe
trus Riga in aurora ſic dicens.
Crine q; allophylis hoſtibus ille datur.
Pompeus Agea cum unico g ſcribitur. uia eſt in naui/dicta auctore Pompeo/q; in ea ma Agea
Ennius ximæ quæq; res agi ſoleāt. Ennius. Agyia
Multa foro ponens/ageaq; longa repletur. Agyia cum unico g & y græco i ſe Agyieus
cūda ſyllaba/ſequente i latino ſcribitur:& apud nos uia transfert.& ab agyia Aegæa
Agyieus Apollo cognominatus eſt:quia in uiis publicis Apollini ſacrificare Aegæ
Acron conſueuerant/ut Acron/& Porphyrio ſcribitur ſuper quartum librum car/ Aege
Porphyrio minum Horatii. Horatius libro præfato.
Horatius Dauniæ defende decus camenæ.
Leuis Agyieu. Aegæa cum æ diphtongo in prima & media ſyllaba/nomen ē
Ptolemeus duarum urbium/ut ſcribit Ptolemæus:quarum una ē in Emathia:alia in Ma Aegeus
uritania Cæſarienſi. Aegæ pluralis tātum numeri cum æ diphthongo i utra/ Aegæus
Herodotus q; ſyllaba/uel Aege huius æges/urbs fuit Macedoniæ/teſte Herodoto. Ptole Aegæon
Ptolemæus mæus dicit Aegas urbem eſſe Ciliciæ extremam:& eiuſdem nominis inſulā Aegon
Lucanus in mari Aegæo. de urbe Ciliciæ (ut puto) intellexit Lucanus libro tertio Aegos
quom dixit.
Mallos/& extremæ reſonant naualibus Aegæ:etſi de inſula illum itellexiſſe Egeo
dixerit commentator. Aege etiam uocata fuit Amazonum quædam regina Egoge
Aegeus cum æ diphthongo in prima/& eius diphthongo i ſecunda ſyllaba/ Egon
diſyllaba dictio/Theſei pater fuit de quo Catullus. Egone
Catullus Linquētem gnatum uentis cum crederet Aegeus:ab hoc Aegeo Aegeum ma Aeas
re quidam cognominatum dicunt. Quod ſi uerum eſt/Aegeus aegea aegeū
Plinius cum æ diphthongo in prima duntaxat ſyllaba ſcribi debet. Plinius uero a ſco
pulo quodam inter Tenedon & chion inſulas conſurgente/atq; capræ effi/
Feſtus giem detinēte/ quam Græci αἶγα uocant/nomen aſſumpſiſſe aſſerit. Alii(ut
Feſtus ſcribit)ab Aege regina Amazonum/quæ in illo periit/cognominari
uolunt. Et ſic ſiue αἶγα capra/ſiue ab Aege regina dicatur/cum æ diphthōgo
Lucanus in prima & ſecunda ſyllaba Aegæus ſcribi poteſt Lucanus libro primo.
Ionium Aegæo frangat mare. Horatius in epiſtolis:
Idcirco nauem trans Aegæum mare uændas:Aegæō cum æ diphthongo in
prima & ſecunda ſyllaba/nomen fuit proprium gigantis:qui apoetis centum
Virgilius habuiſſe brachia deſcribitur/ dicente uirgilio libro æneidos decimo.
Aegæon qualis dicunt cum brachia centum. Aegon cum æ diphthongo i pri
Theocritus ma ſyllaba nomen fuit proprium paſtoris teſte Theocrito:quo uidelicet no/
Virgilius mine Virgilius uſus eſt dicens.
Lactātius Non uerum Aegonis nuper mihi tradidit Aegon. eſt etiam Aegon eadem
Papinius ſcriptura Lemni inſulæ promontorium/ut dicit Lactantius grammaticus:&
a Papinio ꝓ mari Aegæo ponitur/quom ait libro thæbaidos quinto. quas
ſpumifer aſſilit Aegon. Aegos cum æ diphthongo. fluuius eſt Thraciæ. Ego
abſq; diphthongo pronomē eſt græcū linguæ communis:quo etiam uerbo
nos utimur. Quod quidē ab Atticis egoge/a doricis autē egō dicitur/& ego
Apuleius ne. Aeas cum æ diphthongo etiā ſcribitur teſte Apuleio. fluuius eſt Epiri flu/
Strabo ens ad occaſum in pelagus Adriaticum Apolloniam uerſus teſte Strabone
libro ſexto/& ſeptimo:quem tamē in Ionium fluere ſcripſit Lucanus quom
Lucanus dixit libro ſexto.

Purus in occaſus parui ſed gũrgitis Aeas:
Ionio fluit inde mari. Et facit in genitiuo Aeantis.
Aegina cum æ diphthõgo & i latino ſcribitur. Filia fuit Aſopi regis Boœtiæ — Aegina
Ouidius — a Ioue in ſpecie ignis grauidata, teſte Ouidio libro metamorphoſeos ſexto. — Agina
Statius — de qua Statius libro thæbaidos ſeptimo meminit dicens.
Si modo placauit fœlix Aegina tonantem. Etetiam Aegina inſula Pellopon — Angia
Ptolemæus — neſo adiacẽs teſte Ptolemæo: & eiuſdem nominis urbs in ea, ab Aegina Aſo
pi filia cognominata: quæ antea Enopia uocabatur, dicẽte Ouidio libro me,
Ouidius — tamorphoſeos ſeptimo.
Enopiam ueteres appellauere: ſed ipſe.
Aeacus Aeginam genetricis nomine dixit. Agina ea eſt qua inſeritur ſcapus
Pompeius — trutinæ: ideſt in quo foramine trutina ſe uertit, ut ſcribit Pompeius. Angina
Feſtus — faucium dolor ſiue inflatio dicitur, teſte eodem Feſto. Macer de uiribus hær,
Macer — barũ. Subuenit anginæ melli uinoq; iugatæ. hæc a Græcis συράγχη dicitur
latine ſynanche tranſfertur.
Plinius — Aetiops cũ æ diphthongo & th aſpirato & i latino ſcribitur. Fuit teſte Plinio — Aethiops
libro. vi naturalis hiſtoriæ, Vulcani filius, a ſe Aethiopiam omnem cui præ, — Aethiopus
Seruius — fuit denominãs. Et ab Aethiopia fit Aethiops, & Aethiopus, teſte Seruio ſup — Aethiopiſ
librum ſeptimum æneidos. Comperitur & in fœminino genere Aethiopiſſa — ſa
Vgutio — Nec a Chus filio Cham, qđ hæbraice aethiops iterpretat' Aetiops deducit' ut
Vgutio ſõniauit: ſed αἴθω qđ ẽ cremo, & ὤψ aſpectus dẽſcẽdit. Duæ aũt ſũt Ae
thiopiæ teſte Seruio: una circa ortũ ſolis: alia circa ſolis occaſũ in Mauritania.
Ouidius — Antiſtes cõis generis eſt: etſi fœmininum habeat antiſtita. Ouidius libro meta, — Antiſtes
morphoſeos. xiii. — Antiſtita
Combiberat tractaq; comis antiſtita phœbi. i. ſacerdos uel ſacrificula.
Gellius — Antidotum neutro genere, & antidotus fœminino, declinari poteſt. Gellius li — Antidotũ
bro. xiiii. noctium acticarũ de anatibus loquẽs ait. huius regis antidotus cele — Antidotus
bratiſſima eſt: quæ mithridates uocatur. Optimum eſt contra uenena remedi
um. Et dici poteſt ex contrario datũ. Nam contraria cõtrariis curantur.
Marcellus — Animus eſt (ut tradit Marcellus) quo ſapimus: anima uero qua uiuimus. Vnde — Animus
Accius — Accius in Epigone ait ſapimus animo: fruimur anima. Nonnunq̃ & pro cor — Anima
Virgilius — pore anima ponitur: ut eſt apud Virgilium libro æneidos nono.
Ite (ait) egregias animas: quæ ſanguine nobis.
Hanc patriã pepere ſuo. in quo eſt etiã nouũ: ꝙ patriam poſuit pro regione
uel terra cum proprie patria urbs aparentũ ſit. Quãdoq; etiã pro habitu uel
Virgilius — odore aĩa accipitur. Virgilius georgicorum ſecundo. animas & olentia Medi
Plautus — Ora fouent illo: & ſenibus medicantur anhelis. Plautus in aſinaria. An fœtet
Plautus — anima tue uxoris? Anima item, aqua intelligitur. Plautus in Amphitryone. Ni
ego illi puteo ſi occœpſo animam omnem intertraxero. Rurſus anima & ꝓ
Lucretius — uento capitur. Lucretius libro quinto.
Plautus — Aurarumq; leues animæ calidiq; uapores. Plautus in aulularia. Nec quid ani
Virgilius — mæ emittat dormiens. anima & pro aere uſurpatur. Virgilius in bucolicis.
Namq; canebat uti magnum per inane coacta
Probas — Semina tetrarũq; aiæq; mariſq; fuiſſent. Aĩa teſte Valerio Probo facit in dati
Hierõymus — uo plurali & ablatiuo aiabus. Vnde Hieronymus ĩ libro Ioſue capitulo. viiii.
Laurentius — ait. Timuimus ergo ualde: & ꝓuidimus aĩabus noſtris, ueſtro terrore cõpulſi
Cicereo — Laurẽtius autẽ libro elegãtiarũ ꝑmo dicit qđ facit animis. Nã & Cicero ad ux
Priſcianus — orẽ & filiã ſcribẽs, duabus animis ſuis dixit. & (ut tradit ĩ epitome Priſcianus)
cũ aĩmus cõpoſita, ſecũda & tertia declinatiõe declinari poſſũt: ut magnãim⁹,
puſillãimis, exanimus, ſemiãimis, inãimus, unãimus, æquãimus, lõganimis.
Feſtus — Apiſcor & adipiſcor in uno ſignificato uſurpant auctores, ut Feſtus teſtatur, & — Apiſcor
Nonius — Nonius Manilius libro tertio Rebus apiſcẽdis labor eſt qui continet omnes — Adipiſcor
Manilius — Votorum effectus. Lucretius libro primo.
Lucretius — Nec ratiõe aĩmi quã quiſq̃ poſſet apiſci. Lucillius libro. xxvi. ut ego effugiam
Lucillius — quod te imprimis cupere apiſci itelligo. Apiſcor facit in ſupino aptum: Adi,

piſcor adeptum.Feſtus.Aptus cum in propria ſignificatione intelligatur/po
ni tamē ſolet ꝓ adeptus:ut apiſci pro adipiſci.hæc ille.aptum item ſignificat
neceſſarium.Tulius de finibus libro tertio.Itaqꝫ natura ſumus apti ad totius
conſilia ciuitatis.Rurſum aptum connexum dicitur/& colligatum.Virgilius
georgicorum tertio.ipſos e torquibus aptos
Iunge pares.Aptum compoſitum & paratum.Virgilius libro æneidos tertio.
Interea claſſem uelis aptare iubebat
Anchiſes.Idem libro æneidos decimo.proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ.Priſcianus tamen dicit Adipiſcor uerbum commune eſſe.
Arguo facit in ſupino argutum.participiũ tamē futuri tēporis Criſpus in itu/
rus protulit/cum libro hiſtoriarum ſecundo dixit. Quos aduerſum multi
ex Bithynia uolentes occurrere/falſum filium arguituri.Quod etiam Priſci/
anus ipſe annotauit.Nam quædam comperiuntur uerba in utum ſupinũ for
mantia/quorum participia futuri temporis in iturus deſinunt: uerbaliaqꝫ in
itio terminātur:ut argutum arguiturus arguitio:tutum tuiturus tuitio:ſputũ
ſpuiturus ſpuitio:plutum pluiturus pluitio.Argutum ſignificat malicioſum:
unde argutiæ dicte ſunt.Argutum item canorum ſtridulum uel ſonorũ.Vir/
gilius in bucolicis.Forte ſub arguta cōſederat ilice daphnis.Idem libro ænei
dos ſeptimo.Arguto tenuis percurrens pectine tælas.Rurſus argutum bre/
ue Virgilius georgicorum.iii.
Argutumqꝫ caput/breuis/aluus/obeſaqꝫ terga.Probus ſuper quartam eglo/
gam Virgilii dicit quod argutus ab argo naue/quæ a celeritate dicta eſt/d̓ du
citur:ut arguta hirundo:& arguti homines/qui multum & celeriter loquun/
tur.Ab argutum ſupino fit argutor deponens uerbum/teſte Nonio/Nouiũ
inducente dicentem.Quando ad ludos uenit/alii cum tacerent/totum diem
argutatur quaſi cicada:ideſt loquaciter ꝓloquitur.Et fortaſſis in hoc ſignifica
to ab eo quod eſt argutum ab argo naue/argutor formatur .Eſt etiam argu/
tari ſubſilere/ut interpretatur idem Nonius illud Titinii.Terra hæc eſt no/
ua:qua tu ſolitus argutari pedibus cretam dum compeſcis/ueſtimentaqꝫ le/
uas.Vgutio declinat etiam arguto argutas.argumen & argumentum in uno
ſignificato accipi poſſunt.Inde argumentor formatur deponēs uerbum:qd̓
tamen Priſcianus dicit eſſe commune.
Artocreas huius artocreæ maſculini generis cum t & c exilibus ſcribitur.genus
ē edulii Inſubribus notiſſimum.Perſius ſatyra ultyma.artocreaſqꝫ popello.
Largior.Sunt tamen qui & hæc artocrea fœminino genere declinari uolūt.
Arrhabo cum duplicato r ſecundo aſpirato ſcribitur.Varro de lingua latina.
Arrhabo ſic dicta ut relicuum reddatur.hoc uerbũ a græco ἀρραβῶν.hæc il
le Terrentius comœdia tertia.Ea relicta arrhaboni eſt.hæc & arrha a nōnul/
lis dicitur:quæ(ut puto)ab arrhabone dicta eſt:& ideo cum aſpiratione poſt
ſecundum r ipſe ſcripſerim.Ara pro altari cum unico r ſcribitur.Neqꝫ ab aro
aras:uel ardeo/deriuatur/ut ſomniabundus tradit Vgutio:ſed ab anſa:muta/
tis litteris/teſtibus Varrone rerum diuinarũ libro.v/& Macrobio dicta eſt.At
uero Seruius græcum uult eſſe uocabulũ:precēqꝫ ſignificare.Vnde κατάρα
īprecatio dicitur.Eſt etiā Ara ciuitas fœlicis Arabiæ regia/teſte Ptolemæo:&
eiuſdem nominis inſula eidē Arabiæ adiacens/ut idem Ptolemæus oſtendit.
hara autem pro porcorum ſtabulo cum aſpiratione initii teſte Apuleio ſcri/
bitur:ut ſcilicet ab ara pro altari diſcernatur.hara item eadē ſcriptura/genus
eſt auis:a qua aruſpex teſte Seruio/& hariolus deſcendit:ut in dictionibus ī
initio aſpiratis diſſeremus.Idqꝫ notandũ eſt/ꝙ ara altare primā producit ſyl/
labam:hara uero auis/ſiue porcorum ſtabulum/primam corripit.
Arabus cum unico r ſcribitur.Fuit Apolinis filius teſte Plinio libro ſecũdo na
turalis hiſtoriæ.Arabia cum unico r/triplex eſt/ut Ptolemæus oſtendit: una
fœlix:alia petræa:alia deſerta.Et ab Arabia fit Arabs/& Arabus/teſte Seruio
ſuper librum ſeptimo æneidos:ac etiā Arabicus/& Arabius. Virigilius libro
præfato.

Festus
Tulius
Virgilius
Virgilius
Priſcianus
Criſpus
Priſcianus
Virgilius
Virgilius
Virgilius
Probus
Nonius
Nouius
Nonius
Titinius
Vgutio
Priſcianus
Perſius
Varro
Terrentius
Varro
Macrobius
Seruius
Ptolemæus
Ptolemæus
Apuleius
Seruius
Plinius
Ptolemæus
Seruius
Virgilius

Arguo
Argutus
Argutor
Arguto
Argumen
Argumētũ
Argumẽtor
Artocreas
Artocrea
Arrhabo
Arrha
Ara
Hara
Haruſpex
Hariolus
Arabus
Arabia
Arabs
Arabus
Arabicus

| | | |
|---|---|---|
| Priſcianus | Hyrcani ſue/arabi ſue parant.Priſcianus in perihegeſi. | Arabius |
| | Non Arabis ſimiles opulentis ſcilicet æqua.Nõnunq̃ Arrabia cum duplica | Arrabia |
| Priſcianus | to r ſcribitur:ut p̄ma ſyllaba poſitione produci poſſit.Priſcianus i p̄ihegeſi. | Arrabicus |
| | Arrabiæ populi celebres:hi nomine claro.Idem in eadem. | Arrabius |
| Propertius | Arrabii cernes extremi littora ponti.Propertius. | |
| Propertius | Nec ſi qua Arrabio lucet bombyce puella.Idem. | |
| | Et donus intactæ te tremit Arrabiæ.Arabis cum unico r/fluuius eſt prouitiæ | |
| Ptolemæus | drangianæ:qui & per Gedroſiam fluit/ut oſtendit Ptolemeus | |
| Virgilius | Arbor & arbos in recto declinari poteſt.Virgilius in georgicis. | Arbor |
| | Herculæq; arbos umbroſa coronæ.Idem in bucolicis | Arbos |
| | Et nunc omnis ager/nunc omnis parturit arbos.Arbor & Arbos hoc diſtãt: | Arbuſcula |
| Agrætius | ꝙ(ut tradit Agrætius in caprum)arbor omne lignum eſt:arbos non niſi fru | Arbucula |
| Vgutio | ctifera.Arbos format per diminutionẽ arbuſcula.Vgutio dicit ꝙ facit arbu/ | Arbuſtum |
| | cula abſq; ſ. | Arboretũ |
| Gellius | Arbuſtum arbor eſt nouella:quod & arboretũ dicitur/teſte Gelio libro.xiii. | Arbutus |
| | noctium atticarum. | Arbutum |
| Virgilius | Arbutus fœminini generis/arboris eſt genus:de qua Virgilius in bucolicis.hu/ | |
| | mor dulce ſatis depulſis arbutus hædis.huius fructus arbutũ dicitur.Sunt aũt | |
| Seruius | arbuta rubra poma ſilueſtria/ut ſcribit Seruius.Virgilius libro georgicorum | |
| Virgilius | p̄mo.cum iam glãdes atq; arbuta ſacræ Deficerent ſiluæ.phocas ꝓ arbore d̃ | |
| Phocas | clinat ſingulari numero hæc arbutus:plurari uero hæc arbuta neutro gener̃. | |
| Horatius | Quod tñ Horatius fœminino genere protulit/cum dixit in p̄mo carminum. | |
| | Impune tutum per nemus arbutos | |
| | Quærunt latentes. | |
| Marcellus | Aridus/& per ſyncopam ardus/teſte Marcello enunciari poteſt.Vnde & Lucil | Auidus |
| Lucillius | lium refert dixiſſe libro.xxvi.Ardum miſerimum atq; in fœlix ſignum]ſam/ | Ardus |
| Feſtus | bucum uocant.Aridum proprie(ut ſcribit Feſtus)eſt quod naturalẽ humo/ | |
| Virgilius | rem amiſit Virgilius libro æneidos primo.atq; arida circum Nutrimenta de/ | Ariditas |
| Plautus | dit.Aridum item/purum & lucidum dicitur:ut eſt apud Plautum in rudente: | Aretudo |
| Marcellus | argento arido/Marcello interpretante.Rurſus aridũ horificum ſiue acutum | |
| Virgilius | ſignificat.Virgilius georgicorum primo.& aridus altis montibus audiri fra/ | |
| Nonius | gor.Inde deriuatur ariditas/idem ſignificans quod & aretudo teſte Nonio. | |
| Varro | Varro de lingua latina.Quod p hos natura frigori miſcet calorem/atq; hu/ | |
| | morum aretudinem. | |
| | Armus humerus cum brachio appellatur. Arma pluralis tantum numeri ab | Armus |
| Pompeius | armo dicta ſunt auctore Pompeo:uel ab arcendo/quod ſcilicet armis hoſtẽ | Arma |
| Varro | arceamus/ut tradit Varro de lingua latina.Cum arma compoſita/ſecunda & | |
| | tertia declinatione declinari poſſunt:ut inermis/exermus. | |
| | Armilla fœminini generis cũ duplicato l ſcribit̃. Ornamentũ quoddã eſt ex | Armilla |
| | auro:quod uiri militares ab imperatoribus donati gerebant.dicta eſt autem | Armillum |
| Feſtus | armilla(ut exiſtimat Feſtus)ab armo:ꝙ ſcilicet antiqui Humeros cum brachi | |
| | is armos uocabant.hoc armillum etiam cum duplicato l/genus eſt uaſis uina | |
| | rii ab armo d̃ductum. | |
| Feſtus | Armentum pecus eſt(ut ſcribit Feſtus)idoneum ad opus armorum & hæc ar | Armentum |
| Ennius | menta fœminino genere Ennius eodem nomine referente Feſto protulit. | Armenta |
| Hierõymꝰ | Ardeo ardes ſecunda coniugatione/& ardo ardis tertia/declinari poteſt Hiero | Ardeo |
| | nymus in Ioanne capitulo.xv.Si quis in me non mãſerit/mittetur foras ſicut | Ardo |
| | palmes: & arſcet.Et colligent eum: & in ignem mittent:& ardet pro arde/ | |
| Virgilius | bit:eſt autem ardere igneſcere concremari. Virgilius libro æneidos quinto. | |
| Virgilius | Namq; uolas liquidis ĩ nubibus arſit arũdo.Ardere feſtinare.Virgilius libro | |
| | æneidos primo. | |
| | Inſtant ardentes Tirii:pars ducere muros:ideſt feſtinantes/ut dicit Marcellus | |
| | quod & prudentes nonnulli exponunt.Ardere fulgorem ſeu ſplendorẽ emit | |
| Virgilius | tere.Virgilius libro æneidos quarto. | |
| | Tyrioq; ardebat murice læna. | |

Ardere dolere/iraſci. Virgilius libro æneidos decimo.
Proxima queqꝫ metit gladio:latumqꝫ per agmen
Virgilius Ardens limitem agit ferro/te Turne ſuperbum
Virgilius Cæde noua quærens.ardere ardenter amare. Virgilius in bucolicis.
Coridon ardebat Alexim:ubi placet/ꝙ in uno ſignificato ardeo ablatiuo iũ
Seruius gitur:in alio/accuſatiuo. Quod & Seruius tradit ſup librũ ꝑmum æneidos.
Argiripa cum i latino utrobiqꝫ/& unico p ſcribitur/cum penultimam corripi Argiripa
Virgilius at ſyllabam. Virgilius libro æneidos tertio.
Ille urbem Argiripam patriæ cognomie gentis. Opidum eſt Apuliæ: Quod Argoripũ
Seruius (ut ſcribit Seruius)antea Argoripum uocabatur:quin & Argos Hippium te Argos
ſte eodem Seruio ſup librum.xi.æneidos:quod corrupto uocabulo Arpos Hippium
Virgilius rurſum dictum eſt:necnon & Arpi plurari tantũ numero. Virgilius libro æne Arpos
Virgilius idos.x.que cauſa attraxerit Arpos.Idem libro præfato. Arpi
Virgilius Atqꝫ iterum in Teucros Aetolis ſurget ab Arpis.Idem in.xi.
Non erit auxilio nobis Aetolus:& Arpi.

Saluſtius Arbiter ſecundi ordinis eſt:ut ē apud Saluſtium:procul arbitris omnibus amo Arbiter
Priſcianus tis.Sed & tertia declinatione declinari poteſt/teſte Priſciano.Et habet fœmi/ Arbitra
Horatius ninum arbitra.Horatius in epodo.o rebus meis
Non inſideles arbitræ.

Priſcianus Arbitror deponens uerbum eſt:quod tamē Priſcianus tradit eſſe cõmune/Cœ Arbitror
Cœlius lium nihilominus inducens dicentem.Ex ſcriptis eorum qui ueri arbitrantur Arbitro
Nonius Veteres etiam teſte Nonio/arbitro protulere.unde Plautus in ſticho ait.Pro
Plautus biores non arbitrabunt/ſi probis narraueris.

Phocas Aſtu indeclinabile neutri generis/& hic aſtus huius aſtus/declinari poteſt/teſte Aſtu
Pedianus Phoca.huius origo auctoribus Pædiāo/Feſto/Donato/ab ἀστυ græce urbe Aſtus
Feſtus deducitur:ĩ qua qui aſſidue uerſati ſunt/cauti atqꝫ aſtuti eſſe uidētur. Terenti Auſtita
Donatus us.an ĩ Aſtu uenit?i.in urbē.ἀστυ.n.græce/urbs latine.Papinius ĩ achileide. Aſta
Papinius Tandem detecti timidæ nereidos aſtus.A pœtis põitur pro aſtutia.Aſta urbs Aſtæa
Ptolemæus eſt Tuditanorum in hiſpania teſte Ptolemæo.Aliam eodem nomine ſcribit
Ptolemæus Ptolemæus eſſe urbem drangianæ prouinciæ:Aliam liguriæ in Italia. Aſtæa
Ptolemæus inſula eſt Gedroſiæ adiacens/ut idem Ptolemæus oſtendit.

Lucanus Aſylum cum unico ſ/& unico l/& y græco ſcribitur.Locus erat confugii. Luca/ Aſylum
nus libro primo. Aſilus
Virgilius Tunc erat exiguum dominos commiſit Aſylum.Virgilius libro octauo. Aſilas
Hinc lucum ingentem/quem Romulus acer aſylum.Aſylus cum unico ſ/& Axilus
Tortellius unico l & i latino/a Tortelio ſcribi præcipitur.Sũt tamē qui cum duplicato l
ſcribi uolũt.Volatile paruum eſt:quod alus nominibus œſtrus/tabanus/muſ
Virgilius co uocatur.Virgilius georgicorum.iii.
Plurimus Alburnum uolitans cui nomen aſilo.Aſilas eadem ſcriptura a Tor
Tortellius telio ſcribitur.proprium fuit mulieris nomen:cuius meminit Virgilius libro
Virgilius æneidos nono dicens Corynæum ſternit Aſilas.Idem libro decimo.Princeps
Virgilius turmas inducit Aſilas.Axylus cum y græco/& unico l ſcribitur.Fuit uir Phry
gius/a Diomede in bello Troiano occiſus.

Gellius Acerbitudo & acerbitas ĩ uno ſignificato accipi poſſũt/teſte Gellio libro.xiii. Acerbitudo
noctium atticarum. Acerbitas

Marcellus Aſſeſtrix uerbale femininum ēa b aſſeſſor/auctore Marcello.Aphrãius.Fratris Aſſeſtrix
Aphranius dimittit aſſeſtricem:me ſibi adeſſe uocat.Hieronymus libro ſapientiæ capitu Poſſeſtrix
Hierõymus lo nono.da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem ſapientiam.In cuius deriuatione Expultrix
Gaſparinus ignorans extitit Gaſparinus/Brito/Vgutio/Mammotrectus/Catholicon/er/ Tonſtrix
Vgutio rauerunt.Nam Gaſparinus/unde aſſeſtrix deſcendat/prorſus ignorauit.Alii. Tõſtricula
autem ab aſſiſtendo/ſeu aſſerendo/deduci uoluerunt:cum tamen ab aſſerẽdo
aſſertrix formetur:non aſſeſtrix.Ab altero autem/cum careat ſupino quãdo
ſ.neutrale eſt/uerbale formari non poteſt qñ uero tranſitiuum eſt/potius aſti
tutrix ſecũdum analogiam/ꝗ aſſeſtrix formari neceſſe ē.Verum (ut dicit Pri
Priſcianus ſcianus)quædam deficiunt inconſonãtia:ut ſi uelimus ab eo quod eſt curſor/

| | | |
|---|---|---|
| | fœmininum facere ſecundum analogiam mutatione or in rix/abſonum ſit/i | |
| Cicero | congruumqꝫ naturæ litterarum. Vnde Cicero uolẽs ab eo quod eſt expulſor | |
| | proferre fœmininum/ſ in r mutato/expultrix formauit/quom dixit Verrina | |
| | rũ quinto. o uirtutis indagatrix/expultrixqꝫ uitiorum. | |
| | Quandoqꝫ etiam remanente ſ interponitur t: ut ab aſſeſſor aſſeſtrix: a poſſeſ/ | |
| Martialis | ſor poſſeſtrix: a tonſor tonſtrix. Martialis. | |
| Cicero | Tonſtrix Suburæ faucibus ſed & p̄mis. Cicero libro præfato. Regiæ uirgines | |
| | ut tonſtriculæ tondebant barbam/& capillum patris. | |
| Priſcianus | Anio & Anien in recto declinari poteſt teſte Priſciano. Horatius in primo car | Anio |
| Horatius | minum. Et præceps Anio atqꝫ Taburni lucus & unda. Cato. Non minus quin | Anien |
| Cato | decim ab urbe milibus Anien abeſt fluuius. Anius proprium fuit regis nomẽ | Anius |
| Virgilius | in Delo: cuius meminit Virgilius libro æneidos tertio. Rex Anius rex idem | |
| | hominum Phœbiqꝫ ſacerdos. | |
| Nonius | Adiuto & adiutor deponẽs (ut ſcribit Nõius) ueteres ꝓtulere. Pacuuius ĩ Chry | Adiuto |
| Pacuuius | ſide. Adiutamini/& defendite. Aphranius in milite. hoc obſecro igitur/agite | Adiutor |
| Aphranius | me adiutemini. | |
| Terentius | Terentius in Andria. Pamphilum ne adiutem/aut auſcultem ſeni? | |
| | Abortior deponẽs uerbum eſt: quin & abortio comperitur. Hieronymus ĩ Iob | Abortior |
| | capitulo primo. Bos eorum concepit: & non abortiuit. ponitur nonnunq̃ te | Abortio |
| Marcellus | ſte Marcello aborior pro abortior. Vnde hic abortus huius abortus/& hoc a | Aborior |
| Feſtus | bortum/in uno ſignificato. Feſtus. Abortum mulieris dicitur/quod non ſi tẽ/ | Abortus |
| Nonius | peſtiue ortum. Abortus idem ſignificat/quod & aborſus: niſi ꝙ (ut tradit No | Abortum |
| | nius) aborſus eſt in p̄mis mẽſibus: abortus autẽ prope tempus pariendi. | Arboſus |
| Priſcianus | Amplexor deponẽs eſt uerbũ: quod tamen Priſcianus tradit eſſe cõe/ Lucilliũ | Amplexor |
| Lucillius | ĩducens dicentẽ. Quin amplexetꝰ q uelit/ego non ſinam me amplectier. Cice | Amplexo |
| Cicero | ro tñ amplexo protulit/quom pro Cluentio ait. Auctoritatẽ cẽſoꝝ amplexa. | |
| | Abundo ex ab & undo componi manifeſtum eſt. Et iungitur ablatiuo: & non | Abundo |
| Nicolaus | nunq̃ genitiuo. Nicolaus in homero libro iliados. iii. | |
| Lucillius | Ingenio ualet acri/& fraudis abundat. Lucillius ſatyrarum. vi. | |
| | Quarum & abundemus rerum/ & quarum indigeamus. | |
| Marcellus | Aſpectus huius aſpectus uel aſpecti teſte Marcello declinari poteſt. Vnde & | Aſpectus |
| Accius | Accium inducit in Aſtyanacte dicentem. Miſeritudine commouit animum ex/ | |
| | celſa aſpecti dignitas. | |
| | Alabaſter maſculino genere/& alabaſtrũ neutro/declinari poteſt. Cicero Aca | Alabaſter |
| Cicero | dæmicoꝝ ſecũdo. Quibus ẽt alabaſter plenus ũguẽti puteſcere uidetꝰ. Martia. | Alabaſtrũ |
| Marcialis | Quod Coſmi redolent alabaſtra/fociqꝫ deorũ. genus ẽ uaſis unguẽtarii/ex a/ | |
| Plinius | labaſtro marmore: qđ teſte Plinio libro. xxxi. & xxxvi. naturalis hiſtoriæ/per | |
| | lucidum ẽ/& colorum uarietate diſtinctum. Neqꝫ ab aloe deducitur/ut Vgu/ | |
| | tio ſomniauit. Alabaſtrum Item/urbs eſt Aegypti teſte Ptolemæo. | |
| Ptolemæus | Adubanus & Adubanum decliari poteſt. Fluuius eſt: qui & Iſter & danubius/ | Adubanus |
| Feſtus | ſiue danubium uocatur. Feſtus. Adubanum danubium. | Adubanũ |
| | Anſer apud antiquos tã fœminini quã maſculini generis fuit. Ocha dicitur. | Anſer |
| | Aucha cũ ch aſpirato ſcribitur: quæ & Ocha nõnunq̃ effertur: ut in dictiõibus | Aucha |
| | ab o incipientibus plenius diſeremus. | Ocha |
| | Annus cum duplicato n ſcribitur. nec ab ἀ.μ. præpoſitiõe formatur/ut Vgutio | Annus |
| Pompeius | uoluit: ſed auctore Pompeo ex græco trahitꝰ: qđ illi ἔρρορ dicunt. Vel (ut tra/ | Anulus |
| Seruius | dit Seruius) ãnus dictus ẽ ꝙ in ſe redeat/quaſi anulus/dicẽte etiã Virgilio. | Anꝫllus |
| Virgilius | Atqꝫ in ſe ſua per ueſtigia uertitur annus. Anulus in alio ſignificato cum uni/ | Anhelus |
| Horatius | co n ab omnibus ſcribitur: cuius diminutiuum eſt anellus. Horatius ſermone | Anus |
| | xvii. ſæpe notatus. Cum tribus anellis modo læua Priſcus inani. At uero an/ | Anicula |
| | helus adiectiuum cum aſpiratione in media ſyllaba/& unico l ſcribitur. Nam | Anicilla |
| Apuleius | ab halo halas deſcendit: quod (ut Apuleo placet) cum aſpiratione annotatur. | Anus |
| Virgilius | Virgilius georgicorum ſecundo. & olentia Medi | |
| | Ora fouent illo: & ſenibus medicantur anhelis. hæc Anus huius Anus cum | Anaticulus |
| | unico n ſcribitur/cum primam corripiat ſyllabam. Antiqui tamen teſti/ | Anatinus |

Nonius bus Nonio/& Priſciano/hæc anus huius ănuis/huic anu/ declinabant. Vnde
Priſcianus Cato de liberis educandis ait. Eam nutricem oporret eſſe aduleſcentē. Anuis
Cato enim ut ſanguis deterior/ſic & lac. dicta eſt aũt anus auctore Feſto/uel ab an
Feſtus norũ multitudine: uel ex ἀ/& νοῦσ ſenſus/uel intellectus: quaſi ſiue ſenſu ſit
anus. Et format per diminutionē anicula & anicilla/ teſte Varronē li. ſecũdo
Varro de analogia. Anus huius ani maſculini generis/etſi primam producat ſylla/
bam/cum unico tamen n ſcribitur: & pro nate ponitur uel ſeceſſu. eſt etiam
Ptolemæus Anus fluuius Calaicorum Bræcariorum/ut oſtendit Ptolemæus. Anas huius
Martialis anatis cum unico n/auis eſt nota. Martialis.
Eſt anatis habeas uropygium macræ. Et format diminutiue anaticulus. Cice
Cicero ro de finibus libro ſecũdo. Serpere anguiculos/natare anaticulos/uolare me
Vgutio rulas/cornibus uti uidemus boues. Vgutio autem/anatis pullũ anatinum uo
Ptolemæus cat. Eſt etiã Anas hiſpaniæ fluuius teſte Ptolemæo. Anatem etiam (ut ſcrip
Pompeius ſit Pompeius) morbum anuum dicebant: ſicut ſeniũ morbum ſenum.
Priſcianus Aminiculor deponens uerbum eſt: quod tamen Priſcianus tradit eſſe cõmune/ Adminiculor
Varro Varronem inducens dicentem. Tribunicio auxilio adminiculati. Cato tamē
Cato de liberis educandis/adminiculo protulit quom dixit. Quoad potui/admi/ Adminiculo
niculaui tuã uolũtatē i ſcribēdo. Eſt aũt adminiculari auxiliari ul' admiſtrare
Apuleius Aeſtus cum æ diphthongo ſcribitur/ut Apuleio placet. Et tã ſecunda q̃ quarta
Marcellus declinatione ueteres protulerunt/teſte Marcello/pacuuium referente dicen Aeſtus
Pacuuius tem in Chryſide. Aeſti forte ex arido. Aeſtus tam maris q̃ ſolis ac æſtiui tem Aeſtuo
Lucretius poris flagrantia dicitur. Nam marinum impetum/uel commotionem/æſtũ Aeſtiuo
Lucretius appellauit/dicens libro quarto. Aeſtiua
Frigus ut a pluuiis/calor ab ſole/æſtus ab undis. Inde æſtuo æſtuas uerbum. Aeſtas
Eſt aũt æſtuare feruere flagrare ardere. Aeſtiuare autem dicimus/ſicut hyema
Seruius re: autumnare. Aeſtiua namq; (ut dicit Seruius) loca ſunt umbroſa: in quibus
Statius per æſtatem calor uitatur ſolis. Statius: & umbroſi patuere æſtiua Lycæi.
Virgilius Nonnunq̃ pro ipſis gregibus in æſtiuis morantibus/æſtiua ponuntur/ dicen
te Virgilio georgicorum. iii. Nec ſingula morbi.
Corpora corripiunt: ſed tota æſtiua repente. Aeſtiuum item Adiectiuum eſt
Calphurnius Calphurnius egloga quinta. Frigidus æſtiuas impellit nõctifer horas.
Ptolemæus Aeſtiua item urbs eſt Germaniæ teſte Ptolemæo. Aeſtas cum æ diphthongo
Apuleius etiam ſcribitur/ut idem tradit Apuleius.
Virgilius Alexis proprium uiri nomen/facit in genitiuo Alexis uel Alexidis. Virgilius Alexis
Cicero ĩ Bucolicis. Corydō ardebat alexĩ. Cicero ad Atticũ. Alexidis manũ amabã.
Abſtineo regit accuſatiuum/uel ablatiuum a uel ab mediante: & nonnunq̃ ge
Horatius nitiuum: ut eſt apud Horatium in quarto carminum. Mox ubi luxit ſatis/ab/
ſtine te (dixit) irarum.
Pompeius Atriplex fœminino genere/& hoc atriplexum/declinari poteſt teſte Pompe Atriplex
Macer io. genus eſt hærbæ contra podagram calidam ualentis/dicente Macro de Atriplexũ
hærbarum uiribuſ.
Atriplicem tritam cum nitro melle & aceto/
Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram.
Alluuies huius alluuiei/& alluuium huius alluuii/& alluuio huius alluuionis/ĩ Alluuies
uno ſignificato accipi poſſunt. Conſũptio terræ dicitur ex aquaȝ iundatiōe. Alluuium
Catullus Atys huius atyis cum unico t exili/& y græco ſcribitur. Fuit uir Phrygius: de Alluuio
quo Catullus. Super alta uectus Atys celeri rate maria. Alius eodem noie Atys
Herodotus fuit Crœſi Lydorum regis filius: qui teſte Herodoto libro primo/ab Adraſto Athrys
uenando fortuitu interfectus eſt. Athrys huius Athryis cum th aſpirato & y Athax
Herodotus græco ſcribitur. fluuius eſt Thratiæ in Iſtrum defluens/teſte Herodoto libro Atrax
hiſtoriarum tertio. Athax huius athacis cum th aſpirato/fluuius eſt ex pyre/ Athos
Ptolemæus næo monte ſcaturiens & prope Narbonam fluens/teſte Ptolemæo: de quo Athon
Lucanus Lucanus meminit libro quinto dicens.
Mitis Athax Latias gaudes nõ ferre carinas. Atrax huius atracis cum t exili/
fluuius eſt Aetoliæ: a quo Atraces populi cognominati ſunt/teſte

Plinius Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ. Atrax item urbs eſt pelaſgiotorum in Mace/
Ptolemæus donia ut/Ptolemæus oſtēdit. Athon huius athonis tertia ſcilicet declinatiōe
Seruius teſte Seruio declinat. Ad qđ ꝓbandū īducit Virgiliū li.xii.æneidos dicentē.
Virgilius Quantus Athon/aut quantus Eryx. Nam (ut ait) ſi Athos dixiſſet Virgilius/
uerſus ſtare non poſſet. Sed fallitur Seruius: neq; Virgilii textum defēdit: ſed
potius corrumpit. Omnes enim Virgilii codices hoc modo ſcriptū habent.
Quantus Athos/aut q̄tus Eryx: & optime ſtat uerſus. Neq; enim thos ſyllaba
breuis eſt (ut putat Seruius) ſed longa: cum apud græcos cum ω magno/quæ
littera productam, efficit ſyllabam/ἄθωσ ſcribatur. Vnde apud omnes Athos
Seneca ſcriptum legi/præterq̄ apud unū Ciceronē/ut īfra dicemus. Seneca ī Medea.
Valerius Hæmonias ille contulit peſtes Athos. Valerius Flaccus libro ſecundo.
Iuuenalis Congeminat qua primus Athos/& pontus/& ingens. Iuuenalis.
Velificatus Athos. & facit in genitiuo Atho tertia quidem declinatiōe æqua
Virgilius lium/quæ attica eſt. Vnde accuſatiuum Atho protulit ipſe Virgilius quom di
xit georgicorum primo.
Aut Atho/aut Rhodopen. Nec hic Athon legi poteſt hoc modo.
Aut Athon/aut Rhodopen: q̄a (ut diximus) ἄθωσ cū ω magno ſcribit/ipſam
producente ſyllabam. Sed Atho accuſatiuum atticum protulit/ut etiā libro
Virgilius æneidos undecimo ait.
In foribus lætum Androgeo: qui accuſatiuus atticus eſt. Quod autē dicendo
Atho/ tho ſyllaba ubi ω mega ē corripitur/hoc ꝓcedit ꝓpter ſeq̄ntē uocalē.
Virgilius ut eſt alibi apud eundem Virgilium: ſub Ilio alto: ubi ultima ablatiui ſyllaba
Apollonius propter ſequentem uocalem breuiatur: quæ alias longa eſt.
Genitiuum Atho poſuit Apollonius/quom argonauticorum primo dixit.
ἠριδὲ ν[illegible] μ[illegible] ἄθω ἀ[illegible] κολώνη. ideſt mane autem proficiſcēti
bus/Atho uidebatur uertex. Similem genitiuo accuſatiuum. Atho protulit ī
Theocritus thalyſiis Theocritus. Regulari aūt accuſatiuo Athon uſus eſt Ouidius/quom
Ouidius ait libro metamorphoſeos undecimo.
Ptolemæus Nec leuis q̄ ſi quis Athon pindūq; reuulſos. Mons eſt Macedoniæ teſte Pto/
Tullius lemæo: & cum th aſpirato ſcribitur. Comperitur tamen Athonis genitiuus
Priſcianus qui: ab eo qui eſt Athon in recto/non Athos (ut inepte putat Priſcianus libro
.vi.) formatur. Vnde Tullius libro tertio de republica ait. Quid ergo illa ſibi
uult abſurda exceptio/niſi quis Athonē pro monumēto uult fūditus efficere?
Apollo huius apollinis/& Apollos huius Apollo tertia declinatione Attica de Apollo
clinari poteſt. Vnde in epiſtola ad corinthios prima capitulo primo legitur. Apollos
Ego quidē ſum Pauli: ego aūt Apollo. Vbi Apollo genitiui caſus eſt. Et in ea/
dem epiſtola capitulo ultimo. de Apollo aūt fratre notum uobis facio. Abla
tiui quidem caſus Attici Apollo eſt. Et in epiſtola ad Titum capitulo ultimo.
Zenam legiſperitum/& Apollo/ſollicite præmitte: ut nihil illis deſit. Accuſa
tiuus atticus tertiæ declinationis Apollo eſt: quod tamē Mammotrectus græ
Modeſtus ſtus de feriis ait. Antias Agonaliorum repertorem Numam Pompilium re fert. Hæc enim nomina quæ ſunt feſtorum dierum neutralia/carentq; nume ro ſingulari/diuerſæ conditionis eſſe uoluerunt ab iis nominibus quæ utro q; numero figurantur. Compitalia eni/& bacchanalia/& agonalia/& uina lia/& reliqua his ſimilia/feſtorum dierum nomina ſunt; nec ſingulariter no minantur: aut ſi ſingulari numero dixeris/non idem ſignificabis/niſi adie- ceris feſtum: ut bacchanale feſtum: agonale feſtum: & reliqua: ut iam non po ſitiuum ſit: ſed adiectiuum: quod Græci ἐπιθετον uocant. Animati ſunt ergo ad faciendam diſcretionem in genitiuo caſu: ut ex declinatione exprimerẽt nomen ſollẽnis diei: ſcientes in nonnullis ſæpe nominibus datiuo in bus ex eunte/nihilominus genitiuum in orum finiri: ut duobus duorum: ambobus amborum. Ita & uiridia quom ἀντιεπιθετον accipiuntur/genitiuum in ium faciunt: ut uiridia prata uiridium pratorum. Quom uero ipſam loci uiridita tem ſignificare uolumus/uiridiorum dicimus: ut quom dicitur/formoſa fa- cies uiridiorum. Tunc enim uiridia Poſitiuum ponitur: non adiectiuum. Tã
Aſinius ta autem apud ueteres fuit licentia huius genitiui/ut Aſinius pollio uectiga- liorum frequenter uſurpet: cũ uectigal non minus dicatur/q̃ uectigalia. Sed & cum legamus/læuaq; ancile gerebat/tamen & anciliorum relatum eſt. Vi- dendum ergo ne magis uarietas delectauerit/q̃ ut adamuſſim uerum ſit/fe ſtorum dierum nomina ſic uocata. Ecce enim & præter ſollenniũ dierũ uoca bula/alia quoq; ſic declinata reperimus/ut præcedens ſermo patefecit/uiri diorum/& uectigaliorũ/& anciliorum. Sed & ipſa feſtorũ nomina ſecundũ regulam declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varro ferialiũ diem ait a
Varro ferendis in ſepulchra epulis dici. Non dixit ferialiorum. Et alibi/floralium/
Varro non floraliorum ait: cũ idem non ludos florales illic/ſed ipſum feſtum flora
Maſurius lia ſignificaret. Maſurius/dies (inquit) eam noctem deinceps quæ in ſequen- tem diem qui eſt lucariũ. Non dixit lucariorũ. Itemq; liberaliũ multi dixerũt/ non liberaliorũ. Vnde pronuntiandũ eſt ueteres indulſiſſe copiæ per uarieta tem: ut dicebant exanimos exanimes: inermes inermos: tum ilaros atq; ilares. Et ideo certũ eſt licito & ſaturnaliũ/& ſaturnaliorũ dici: cũ alterũ regula cum auctoritate/alterũ etſi ſolla/ſed multorũ defendit auctoritas. Hæc omnia
Macrobius Macrobius in ſaturnalibus. Sic & Marcellus ait. Bacchanaliorũ pro baccha-
Marcellus naliũ dicebant: ſicut uectigaliorũ: compitaliorũ: noualiorũ: uulcanaliorum.
Saluſtius Saluſtius hiſtoriarũ li. iiii. Curio uulcanaliorũ die ibidẽ moratus. Iuuenalis.
Iuuenalis Incipit optare/& totis quinquatribus optat: cuius genitiuus erit quiquatriũ.
Horatius Et Horatius in epiſtolis. At potius puer ut feſtis quinquatribus olim. Cicero
Cicero in epiſtolis. Ita tumultuoſæ cõciones/ita moleſtæ qnquatriis afferebantur: cu
Gellius ius genitiuus erit quinquatriorũ. Gellius libro quarto noctiũ atticarum. Hoc ius ſponſaliorũ obſeruatũ dicit Seruius Sulpicius ad id tempus/quo ciuitas

uniuerſa/Latio lege Iulia data eſt.

### De iis dictionibus/quæ in is/& in es/Pluralē accuſatiuū faciunt.

Omnium nominum quæ genitiuum ſimilem habent nominatiuo ſingularē/
pluralis accuſatiuus in es/& frequētius in is terminari ſolet. Simili quoq; mo
do accuſatiuum formāt eiuſdem formæ ſemper pluralia: ut Virgilius li. æne
dos tertio. Tris adeo in certos cæca caligine ſoles Erramus pelago. idem li/
bro æneidos quarto. aut manis credis curare ſepultos. Hāc regulam tradidit
Seruius Seruius: & poſt Seruium Priſcianus. In er quoq; deſinentia/quæ in i ſingularē
Priſcianus terminant ablatiuum/pari modo/& quidem frequentius in is/rarius in es/ac
Virgilius cuſatiuū pluralem faciunt. Virgilius li. æneidos. xii. ſpargitq; ſalubris Ambro
Priſcianus ſiæ ſuccos: ubi ſalubris/interprete Priſciano/accuſatiui caſus eſt: licet & geni/
Virgilius tiui ſingularis eſſe poſſet. Idem Virgilius libro æneidos. xi. metuēſq; moneret
Acris eſſe uiros. Imber etiam/quia habet in i ablatiuū ſingularem/non mo/
Virgilius do in e (ut eſt apud Virgilium/& uento pulſatus/& imbri) format cū ſuis cō/
Virgilius poſitis accuſatiuum pluralem in is: ſicut in es. Virgilius libro æneidos. xi.
Horatius Quom fremit ad caulas/uentos perpeſſus/& imbris. Horatius in epiſtolis.
Me quater unde ſciat nunc impleuiſſe decembris. Eodem modo accuſatiuum
Virgilius terminant pluralem in ns/& rs deſinentia. Virgilius georgico. ii. Aggredior
Virgilius ſanctos auſus recludere fontis. Idem libro æneidos. xii. penituſq; cauernas In/
Terētius gentis/uterumq; armato milite complent. Terentius in heauton. Peto paren
Manilius tis meos ut cōmonſtres mihi. Marcus Manilius in primo ſui operis carmine.
Carmine diuinas artis/& cōſcia fati Sydera/diuerſos hominū uariātia caſus/
Virgilius Cæleſtis rationis opus/deducere mūdo Aggredior. Virgilius li. æneidos. vii.
Priſcanus Hic locus eſt/partis ubi ſe uia findit in ambas. Plus etiam/& lis/teſte Priſcia/
Horatius no/tam in is/q̄ in es/accuſatiuum formāt pluralem. Horatius in epiſtolis.
Cicero Quom tibi ſol rapidus pluris admouerit auras. Cicero in frumentaria. Seda
ſti etiam litis illorum.

### De genitiuo ſingulari/& datiuo nominum quartæ/& quintæ declinationis.

Gellius Antiqui/teſte Gellio libro quarto noctium atticarum/nomina maſculina/&
fœminina quarti ordinis/hoc modo declinare ſolebant: ſenatus/fluctus/do/
Varro mus/anus/genitiuo huius ſenatuis/fluctuis/domuis/anuis: datiuo huic ſenatu/
Nigidius fluctu/domu/anu. Quod & Varro/& Nigidius/& Priſcianus libro. vii. tradi
Priſcianus derunt. Vnde idem Varro rerum ruſticarum libro ſecundo/ait. Eius enim ſal
Varro uam eſſe fructuis ueneno. Idem in Tampheminhippo. Perrexit in interiores
Varro partes domuis. Idem de uita patrū libro primo. Primum de re familiari: ſe/
Varro cūdo de uictuis conſuetudine. Cato de liberis educandis libro. ii. Quæſtius ca
Cato uſa deridebant res ſuas pueris. Terentius in heauton. Eius anuis cauſa (ut opi
Terentius nor) quæ erat mortua. Cato de liberis educandis. Eam nutricem oportet eſſe
Cato adoleſcentem. Anuis enim ut ſanguis deterior/ſic & lac. Cæſar in anticato/
Cæſar ne. Minus arrogantiæ/ſuperbiæq;/dominatuq;/pro dominatui. Virgilius li/
Virgilius bro æneidos primo. Parce metu Cytherea. Idem in georgicis. Quod nec cō
Virgilius cubitu indulgent/pro concubitui. Lucillius. Quod ſumptum/ac epulas/uictu
Lucillius præponis honeſto. Veteres etiam teſtibus Marcello in dictionibus progenii/
Marcellus & pernicii/& Gellio libro octauo noctium atticarum/nomina quitæ declina
Gellius tiōis hoc modo declinabant: facies/fames/dies/genitiuo huius facii/famiidii.
Gellius Quin etiam teſtibus eodem Gellio libro præfato/& Caſellio/genitiuo huius
Caſellius facies/fames/dies/dicebant. Tullius pro Sextio. Equites nō daturos illius di
Tullius es pœnas/pro diei. Ennius annalium. xvi. Poſtremæ longinqua dies confece/
Ennius rat ætas/pro poſtremæ diei. Virgilius. Munera/læticiamq; dii/pro diei: quod
Virgilius imperitiores legunt dei. Cato in oratione de bello Carthaginenſi. Pueri/atq;
Cato mulieres extrudebātur/fami cauſa/pro famei. Siſenna libro hiſtoriarum. vi.
Siſenna Romanos iferendæ pernicii cauſa ueniſſe. Pacuuius. Pater ſupprime noſtræ
Pacuuius progenii patres/pro progeniei. Cnæus libro iliados. xiii. An maneat ſpecii
Cnæus ſimulacrum in morte ſilentum/Idem. libro iliados. xxi. Altera pars acii uitaſ
Cnæus ſent fluminis undas. Gracchus de legibus promulgatis. Ea luxurii cauſa aiunt

Gracchus inſtitui. Alio item modo/declinare ſolebant uetuſtiſſimi: facies huius facie: di
Lucillius es huius die. Lucillius in ſatyris. primum facite quod honeſtæ Tantis accedit/
Lucillius Idem in. vii. qui te Diligit/ætatis/facieq; tuæ ſe fautorem Oſtendat. Saluſtius
Saluſtius in Iugurtha. Vix decima parte die. Idem li. hiſtoriarum primo. At inde nulla
Saluſtius. munitionis/aut requie mora proceſſit ad opidum/ꝑ requiei. Ouidius libro
Ouidius metamorphoſeos tertio. Prima fide/uociſq; ratæ tentamina ſumpſit/pro fi/
Ouidius dei. Idem li. metamor. vi. Vtq; fide pignus dextras utriuſq; popoſcit/ꝑ fidei.
Virgilius Virgilius georgi. ii. Libra die/ſomniq; pares ubi fecerat horas/pro diei. Hoc
autem modo poſtremo/quintæ declinationis nomina declinanda eſſe putat
Cæſar Cæſar libro de analogia.

De nominibus terminatis in icus.

Magnificus/honorificus/munificus/nō ex ſe gignũt cõparatiuos/ſuplatiuoſq;:
ſed ex aliis/quæ in uſu non ſunt: ac ne poſſunt quidem eſſe/magnificens/ho/
norificens/munificens. Mirificus tamē mirificor format & mirificiſſimus. Te
Terētius rentius. Mirificiſſimus eſt patruus tuus. Beneficus et beneficior facit/teſte Pri
Priſciāus ſciano: & beneficiſſimus/Cato contra Thermū. De Ptolemæo rege optimo/
Cato atq; beneficiſſimo. Idem Feſto referēte munificior protulit/& munificius. Et
Cato Accius li. ſeūdo Didaſcalicon ait. Atq; magnificiſſimo/excellentiſſimoq; ho
Accius nore. Omnia ergo ſic a facio cõpoſita/hãc regulã ſequũtur/mirificus/benefi
cus/maleficus/ueneficus/terrificus/horrificus/uulnificus/tabificus/lucrificus/
pacificus/morbificus/ſacrificus/aſciticiũq; cõparatiuũ/ſuplatiuũq; habēt: ut
magnificentior magnificētiſſimus: munificētior munificētiſſimus: aliquando
aũt & ſuũ cõparatiuũ/ſuplatiũq;: ut ſupra diximus. Sunt & eiuſdē naturæ cõ
poſita a dico/& a loquor: ut benedicus/maledicus/fatidicus/ueridicus/falſi/
dicus/iuridicus/magniloquus/altiloquus/uaniloquus/multiloquus/fatilo/
quus/grandiloquus/doctiloquus/uerſutiloquus/dulciloquus/ſuauiloquus.
Nam hæc in entior cõparatiuũ/& in entiſſimus ſuplatiuũ mittunt: ut maledi
centior maledicentiſſimus: magniloquentior magniloquentiſſimus. Verum
horum poſitiua poſſunt eſſe tum participia/tum nomina: ut maledicens ma/
ledicus: magniloquens/& magniloquus: quod in cõpoſitis a facio nō fit: quæ
participia eſſe nō poſſunt: cum hæc fuerit futura uera uox/magnificiens/be/
neficiens/honorificiens: quod nuſq̃ lectum eſt.

De relatiuo quãdoq; cum antecedente/quãdoq; cum ſequēte
iuncto: & de alio quodam loquendi genere.

Relatiuũ reſpondet antecedenti. Valerius Maximus libro. v. Antea ſenatus aſſi/
duam ſtationem/eo loci peragebat: qui hodie ſencaulũ appellatur. Aliquã
do non reſpondet antecedenti/neq; in genere/neq; in numero/utiq; quom
Saluſtius reflectitur eius ſententia ab antecedente ad ſequēs ſubſtātiuũ. Saluſtius. Locus
Liuius eſt in carcere/quod Tulianũ dicitur. Liuius. Anxur fuit/quæ nunc Tarachy/
Quintiliāus næ ſunt. Quintilianus. Reſiſtã iis/qui omiſſa rerũ (qui nerui ſunt) in cauſis di
Virgilius ligentia/quodã inani circa uoces ſtudio ſeneſcunt. Virgilius. Nec partē poſue
re ſuis/quæ maxima turba eſt. Et ĩ epiſtola ad Gallatas ſexto capi. legitur. Nō
dixit/& ſeminibus/quaſi in multis: ſed quaſi in uno/& ſemini tuo: q eſt Chri/
ſtus. Diuerſum huic genus eſt/quom reſpondet antecedenti/cum deberet re/
Terētius ſpondere ſequēti ſubſtantiuo. Terentius. Ecyra eſt huic nomē fabulæ. Et hoc
Saluſtius per nominatiuũ. Per genitiuũ. Saluſtius. Cui nomē obliuionis cōdiderat. Per
Liuius datiuũ. Liuius li. xxii. Scipio cui Aphricano fuit cognomen. Virgilius. At pu/
Virgilius er Aſcanius/cui nũc cognomē Iulo. Idem in georgicis. Plurimus alburnũ uo/
Virgilius litans cui nomen aſilo. Idem. Eſt ēt flos in pratis/cui nomen amello. Aliquan
Virgilius do ſine relatiuo. Liuius li. primo. Fauſtulo fuiſſe nomē ferunt. Solinus de mi/
Liuius rabilibus. Lapis iſte in aqua mollis eſt: humo duratur exemptus. Nũq̃ duo ſi
Solinus mul repiuntur: inde unionibus nomen datur. Per accuſatiuũ. Virgilius. Aene
Virgilus adaſq; meo nomen de nomine fingo. Reſpondet etiam relatiuũ quãdoq; ſe/
Quintilāus quenti ſubſtantiuo. Quintilianus. Notum eſt/quid Glyconi acciderit/cui Spi
Tullius ridion fuit cognomen. Alius loquendi modus. Tullius ĩ rhætoricis. Sulpicio/
Tullius cui paulo ante omnia credebant/eum breui ſpacio non modo uiuere/ſed etiã

ſepelliri prohibuerunt.Idem in Saluſtium.Nunquid quos ꝓtulit Scipiones/
Horatius & Metellos/ante fuerunt aut opinionis/aut gloriæ?Horatius.Quis non ma/
Ouidius larum quas amor curas habet/Hæc inter obliuiſcitur?Ouidius.cecidere ma/
nu quas legerat hærbas.

De nonnullis conſtructionibus.

Virgilius Terentius in adelphis.Aperite aliquis actutum hoſtium.Virgilius.Viuite fœ
lices/quibus eſt fortuna peracta Iam ſua.Hic loquendi modus inauditus eſt:
nec uſq̄ alias lectus.Neq; enim hic ſua pro eo quod eſt propria accipi poteſt.
Non enim proprie dicimus:eſt mihi/aut eſt tibi/ſuus ſcribendi mos:cū tamē
dicamus:eſt mihi/aut eſt tibi/proprius ſcribendi mos.Alias cōgrue dici pōt/
Terētius qđ & Terentius protulit in Phormione:quod homines/tot ſententiæ: ſuus
Virgilius cuiq; mos eſt:Virgilius.trahit ſua quenq; uoluptas.Hieronymus in libro.iiii.
Hierōymus regum capitulo quarto.Vade/& uænde oleū:& redde creditori tuo.Tu aūt/
Gaſparinus & filii tui uiuite de reliquo.Hanc/uel ſimilem cōſtructionem/in regulis ſuis
Alexander Gaſparinus improbat:quale eſt etiam illud Alexandri.Cumq; tuis ſociis ora
Virgilius te ſacer Dionyſi.Sed Hieronymi haut dubium præualet auctoritas:& Virgi
lii dicentis Egregiam uero laudem/& ſpolia ampla refertis Tuq;/puerq; tu/
Plautus us.Plautus i caſina.Etiam ne habet Caſina gladium?habet/ſed duos:quibus/
altero te occiſurum ait:altero uillicum.Alius dixiſſet quorum:non quibus.
Occiſurum autem hoc in loco futurū eſt infinitiui modi/ut cito edocebimus.
Horatius Horatius.Tu quid ego/& populus mecum deſyderet/audi.Boœtius.Nihil
Boœtius imbecillius homine/quos morſus muſcularum necat.Virgilius.pars arduus
Virgilius altis Puluerulentus equis furit.Idem.pars grandia trudunt Obnixæ frumen/
Virgilius ta humeris/ſcilicet formicæ.Idem libro æneidos.ii.Pars hominum ualidi tur
Virgilius res & mœnia ſcandūt.Horatius.Iactamus iampridem omnis te roma beatū.
Horatius Nam hic omnis Roma nomiatiui caſus eſt.Quinquageſimo quoq; āno iubi
læū eſſe dicunt:q̄ omni quinquageſimo anno.Quotuſquiſq; homo dicitur/
pro quot homines.

De quodam loquendi genere.

Dicimus undeuiginti/duodeuiginti:undetriginta/duodetriginta : undecentū/
duodecentum:hoc eſt/uno/aut duobus demptis de uiginti:de triginta:de cē
Pompeius tum.Hic loquendi modus(ut ſcribit Pompeius)a græcis tractus eſt.In legen
da ſancti Martini legitur.Cum factus eſſet annorum duodeuiginti:hoc eſt de
Plinius cem & octo.Quo quidem locutionis genere uti poſſumus etiā per denomi/
natiua tam genitiui/q̄ ablatiui caſus.Plinius li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ.Atq;
adeo duodequadragenum pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collo/
cari.Duodequadragenum dixit/pro duodequadragenorum:hoc eſt triginta
Liuius & octo.Liuius li.primo.Duodequadrageſimo ferme anno/ex quo regnare
Varro cœperat Tarquinius:ideſt octauo & trigeſimo.Varro rerum humanarū li.xvi.
Cato Mortuus eſt anno duodeuigeſimo primo:hoc eſt decimo & nono. Cato li.
quarto originum.Deinde duodeuigeſimo āno poſt dimiſſum bellum/quod
quattuor & uiginti ānos fecit/Carthaginenſes ſextum de fœdere decernere.
Gellius Gellius li.x noctium atticarū.Idq; in principio libri dixiſſe Cœliū:& Quadri
garium Claudiū in libro undeuigeſimo:hoc eſt libro.x.& nono.

Caſus pro caſu poſitus.

Tullius Genitiuus caſus pro nominatiuo nonnunq̄ ponitur.Tullius libro primo de di
Tullius uinatione.Quom illius diei mihi uenit in mentem.Genitiuus pro ablatiuo.
Tullius in rhætoricis.Oratoris officium eſt/de iis rebus poſſe dicere,quæ res
ad uſum ciuilem moribus ac legibus conſtitutæ ſunt cum aſenſione auditorū/
Tullius quo ad eius fieri poterit:ideſt q̄tum ab eo.Datiuus ꝓ ablatiuo.Tullius in phi
Virgilius lipicis.Quis enim audeat luci/& militari uia?pro luce.Virgilius.
Virgilius Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit/pro a me.Accuſatiuus pro
Hierōymus nominatiuo.Virgilius.Vrbem q̄ ſtatuo ueſtra eſt.Hieronymus in Ioāne.Ser/
Hierōymus monem quem audiſtis non eſt meus.Et iterum.Et hunc quem habes non ē tu
Plinius us uir.Nominatiuus pro uocatiuo.Plinius libro.vii.Salue primus omnium/
Virgilius parens patriæ appellate.Virgilius.Natæ meæ uires/mea magna potentia ſo

Terẽtius lus. Nominatiuus pro accuſatiuo. Terentius in Andria. Quæ ſeſe optauit
Ouidius inhoneſte parare hic diuitias/q̃ in patria paup honeſte uiuere. Ouidius libro
Lucanus metamorpho.xiii.ſed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Lucanus
libro.x. Vtqꝫ fidem uidit ſceleris/tutumqꝫ putauit Iam bonus eſſe ſocer/la/
chrymas non ſponte cadentes Effudit:gemituſqꝫ expreſſit pectore læto.

De genitiuo cum aliis caſibus.

Cicero Cicero ĩ Gabinium/& Piſonem. Dico mea unius opera rempublicã eſſe libera
Cicero tam. Idem ad Atticum. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idẽ
Cicero pro Muræna. Ex tuo ipſius animo coniecturam aperis. Et in euãgelio Lucæ.
Hierõymus Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Hieronymus in libro.iii.regum
Boœtius capi.tertio. Tulit filiũ meũ de latere meo ancillæ tuæ dormientis. Boœtius.
Quintiliãus Solantur mæſti nunc mea facta ſenis. Quintilianus. Deinde cum ſatis eorum
Cicero uires expoliauerint/ſuæ ipſorum fiduciæ permittũt. Cicero de oratore libro
Brutus tertio. Sed uoluntati ueſtræ omnium parui. Brutus ad Ciceronẽ. Qui ueſtris
Ouidius paucorum reſpõdeat laudibus. Ouidius de triſtibus. Et mea defũctæ da mol
Ouidius liter oſſa cubare/Idem alibi. Et fleſti:& noſtros uidiſti flentis ocellos. Nam flẽ
tis hic genitiui caſus eſt ſingularis. Neqꝫ exponi poteſt flentis pro flentes/cũ
Cicero tis ſyllaba correpta ſit. Nõnunq̃ etiã per utrunqꝫ genitiuũ loquimur. Cicero
Plautus ad Curionem. Eam autẽ unius tui ſtudio/me aſſequi poſſe confido. Plautus.
Duorum labori hominum parſiſſem libens/mei te rogandi:& tui mihi re/
ſpondẽdi. Dicimus etiã:mea ſolius intereſt:tua unius refert:ſua illius filia:ſu/
Virgilius um iſtius iumẽtum:ſuo benedico ingenio Ciceronis. Virgilius in buccolicis.
Et me Phœbus amat:Phœbi ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri.

De affinitate genitiui/& ablatiui caſus:& accuſatiui/& ablati/
ui:& datiui & accuſatiui.

Plinius Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ. Gentem uocant ſilueſtrẽ ſtridoris hor
rendi/hirtis corporibus/occulis glaucis/dentibus caninis. Nonnunq̃ etiam
Cicero abſqꝫ adiectiuo. Cicero in Saluſtium. Nunqd quos protulit Scipiones/& Me
Cicero tellos/ante fuerunt aut opinionis/aut gloriæ. Cicero in rhætoricis. Dolus cõ
Hierõymus ſumitur in pecuniam/pollicitationem/diſſimulationem/maturationem/mẽ/
tionem/& cæteris rebus:de quibus magis idoneo tempore loquemur. Hiero
nymus in libro primo Machabæorum capitulo.xv. Hæc eadem ſcripta ſunt
Sicyoni/& Cariæ/& Samum/& Pamphyliã.

De adiectiuo cum dictionibus ſingulari carẽtibus numero/uel
diuerſi generis/uel diuerſæ ſignificationis iuncto.

Terentius Dicimus:harum nuptiarũ unæ bonæ:alteræ lachrymabiles. Terentius. Ex unis
nuptiis feciſti mihi geminas. Nõnũq̃ etiam cum iis/quæ habent ſingularem
Cicero numerum. Cicero duplices ſimilitudines eſſe debent:unæ rerum:alteræ uer/
Virgilius borum. Congrue tamen (fateor) dixiſſet una:& altera. Virgilius libro æneí.ii.
Lucanus ſatis una ſuperqꝫ Vidimus excidia. Lucanus. totumqꝫ in partibus unis Bello/
rum fecere nefas:quod quidam exponunt:unis/hoc eſt unius animi uel/unius
uoluntatis.

De regimine nominũ crimĩalium/pœnaliumqꝫ.

Si quis furetur rem ſacram de prophano/tenetur ne ſacrilegii/an furti/an utro
qꝫ. non autem utriuſqꝫ. Qui ſuſtulerit rem ſuam de ſacro/furti ne tenetur/an
ſacrilegii/an neutro. non autem neutrius. Accuſare hunc potes uel furti/uel
ſacrilegii/uel de utroqꝫ/uel de ambobus:non autem utriuſqꝫ/uel amborum.
Condemnare non licet de utroqꝫ/ſed de altero uel furti/uel ſacrilegii. Cur ita
ſit/ut demus uarios caſus eidem uerbo/præſertim ſub coniuctionibus/quæ
eoſdã cõiungere caſus debent. Nempe ꝙ nomina peccatorum cũ huiuſmõi
uerbis/idem ualent in genitiuo/quod in ablatiuo præpoſitionem habente/
uel non habente:non idem in cæteris. Neqꝫ hoc in iis modo nominibus/quæ
certum peccatum ſignificant/& ſpeciale/ſed in his etiam quæ generale/& in
Cicero certum. Cicero. Annon intelligis primũ quos homines/& quales uiros mor
Cicero tuos/ſummi criminis arguas. Et iterum. Sceleris/atqꝫ nefarrii parricidii con/
Liuius demnabimus. Per hæc uerba tãti/& quãti/licebit per genitiuũ. Liuius li.xlvii.

Laurentius Sed nequaq̄ tantum relictum eſt/quantæ ſummæ dãnatus fuerat. Hæc Laurẽ
Cõſtantinus tius. Reus genitiuo/& ablatiuo iungitur. Conſtantinus imperator. Sic ſemp̄
noſtra contra hoſtes certamina in præliis ſtetiſſe nũcupãtur/ut reus eſſet legi/
bus/& capitali ſententia puniretur/quicunq; aliquem occidiſſet infantem. Et
paulo poſt. Ne ſimus legibus rei/qui pugnando fideliter/de omnibus genti/
Virgilius bus meruimus eſſe uictores. Virgilius. Conſtituam ante aras uoti reus.

De ſingulari numero cum plurali iuncto.

Donatus Antiqui/teſtibus Donato in terentiũ/& Marcello/ſingularem numerũ cum plu
Marcellus rali iunxerunt: ut præſente pro præſentibus: abſente pro abſentibus: qui for/
Marcellus taſſis (ut idem dixit Marcellus) monoptotæ formæ ablatiui ſunt. Terẽtius in
Terẽtius Eunucho. Neq; quid profecto abſente nobis turbatum ẽ domi. Pomponius.
Pomponius Quid enim apud forum præſente teſtibus mihi uændidit. Idẽ. Sine ergo iſtac
Pomponius præſente amicis det cœnam. Næuius. Medicato uolumus dona donare præ/
Næuius ſente omnibus. Accius in Melanhippo. Eſt res aliqua/quæ præſente his prius
Accius matura inſtitit. Plautus in Amphitryõe. Nec nobis præſente aliq̄s quiſq̄/niſi
Plautus ſeruus. Aphranius in actione. Adeſt/ſic hanc abſente nobis iuuerit puer.
Aphranius

De quibuſdam nominibus/quæ genitiuo iunguntur.

Omnia nomina quæ obtineri/uel deſyderari aliquid oſtẽdũt/ut copioſus/opu
Priſcianus lentus/capax/tenax/auidus/auarus/ſtudioſus/teſte Priſciano in minori uo/
lumine/genitiuũ requirunt. Simili modo/timidus/dubius/expers/neſcius/
ignarus/cupidus/rapidus/doctus/peritus/prodigus/fidus/genitiuum expo
Horatius ſtulant. Horatius in primo carminum. Regulum/& Scauros/animæq; ma/
Virgilius gnæ prodigum. Virgilius li. æneidos. xii. Præterea regina tui fidiſſima dextra
Occidit ipſa ſua. Dicimus tamen/& iure/ſicut iuris peritus. Fidus item/tã da
tiuo/q̄ genitiuo iungi poteſt: ſic cõmunis/ſocius/comes/cognatus/conſangui
neus/affinis/par/ſimilis/propinquus/uicinus/æquus/amicus/commilito/cõ
tubernalis/cliens/ancilla/patrõus/ſeruus/famulus/dominus/herus/rex/dux/
imperator/ſatelles/armiger/miles/tyrannus/fluuius/pater/auus/frater/ſo/
ror/nepos/patruus/auunculus/nouerca/amita/& alia prope plurima: quæ
tam datiuum/q̄ genitiuum regere poſſunt.

De pauper/egenus/inops/diues/plenus/refertus/oneratus/
uacuus/anceps/præceps.

Pauper/egenus/inops/diues/plenus/tam genitiuo/q̄ ablatiuo iungi poſſunt:
ut exemplorum plena ſũt omnia. Refertus etiam/& oneratus/genitiuum re
Cicero gunt/nõ ablatiuũ modo. Cicero pro lege Manlia. Referto prædonum mari.
Varro Varro de uita patrum libro quarto. Ipſa Italiæ opida ſunt uaſtata: quæ prius
Pacuuius fuerũt hominum referta. Et Pacuuius referente Marcello ait. Poſtq̄ eſt onera
Laurentius tus frugum. Vacuus etiam/tam genitiuũ/q̄ ablatiuum regere poteſt: etſi Lau/
Horatius rentius libro elegantiarum/ablatiuo ſolum iungi debere tradiderit. Horatius
Saluſtius libro. ii. ſermonũ. Sic uacuũ cerebri populũ phæaca putauit. Saluſtius ĩ Iugur
tha. Ager aũt aridus/& frugum uacuus. Simili modo cum ablatiuo conſtruũ
Virgilius tur anceps/& præceps: & cum genitiuo. Virgilius libro æneidos nono.
Et præceps animi Mars: & Mauortius heros/pro præceps animo.

De id genus.

Id genus/pro eius generis (quod fere ſimile nomen exprimit) pulchre & uſitate
dicitur: ut multa ſunt id genus monſtra: & de multis id genus rebus loquunt̃.
Laurentius Quod etiam tetegit Laurentius libro elegãtiarum.

De mutatione litterarum.

Priſcianus Antiqui/teſte Priſciano/proferebant amplocti pro amplecti: animaduorti pro
animaduerti: aduorſus pro aduerſus: uortex pro uertex: carnufex pro carni/
fex: lubens pro libens: peſſumus pro peſſimus: ploſtrum pro plaſtrum: cotes
pro cautes: auſtrum pro oſtrum: auſculum pro oſculum: faciundũ/legundũ/
dicundum/repetundũ: & cætera a tertia coniugatione gerundia: quæ & a mo
dernioribus eadem nonnunq̄ prolatione efferuntur.

De dictionibus conciſis.

Quod nunc dicitur primas/opimas/Rauennas/Capenas/Aquinas/ab antiquis

Priſcianus teſte Priſciano declinabatur hic & hæc Rauennatis & hoc Rauennate: Cape
Titinius natis Capenate. Vnde Titinius referente Marcello ait in pſaltria. Ferentina/
tis populus græca ſtudet. Et in legenda ſancti Leonis papæ habetur: Reſti/
tuta ē eccleſia Rauennatis ſub ordinatione ſedis apoſtolicæ.

De accuſatiuo pro genitiuo.

Priſcianus Dicimus teſte Priſciano/Latonas pro latonæ: familias/æſcas/monetas/terras/
fortunas/uias/pro familiæ/uel familiarum: æſcæ/uel æſcarum: monetæ/uel
monetarum: terræ/uel terrarum: fortunæ/uel fortunarum: uiæ/uel uiarum.
Saluſtius Saluſtius in Catelina: Si filii familiarum/quorũ nobilitate maxima pars erat/
Brutus parentes interficerent. Brutus de officiis. Itaq; patres familiæ domini ſumus.
Cicero Cicero in frumentaria. Qui digni ſunt patribus familias uiris bonis/atq; ho/
Laberius neſtis. Laberius in odyſſea. Atq; æſcas habemus mentionē/pro æſcæ/uel æſ/
Laberius carũ. Idē. Nam diuinamonetas filiā docuit/pro monetæ/uel monetarum. Idē.
Laberius Cumq; eos filios Latonas/pro Latonæ. Næuius in carmine belli punici/filii
Næuius terras dixit/pro terræ. Idem. Venit in mentem hominum fortunas/pro for/
Næuius tunæ. Quale eſt illud Ciceronis libro primo de diuinatione. Quom illius di
Cicero ei mihi uenit in mentem: hoc eſt genitiuus pro nominatiuo/illius diei/pro il
Ennius le dies. Ennius annalium. xvii. Dux ipſe uias/pro uiæ/uel uiarum. His adiun/
Saluſtius gere poſſumus cuſtodias pro cuſtodiæ/uel cuſtodiarum: ut eſt apud Saluſtiũ.
Aſper Caſtella cuſtodias thæſaurorum/pro cuſtodiæ/uel cuſtodiarũ/ut Aſper ex/
Seruius ponit/& Seruius ſuper librum. xi. æneidos.

De quibuſdam nominibus geminatis: & de quiſq;/& uterq;.

Quantuſquantus pro quantuſcunq; dicitur: ſic qualiſqualis pro qualiſcũq;: quot
quot pro quotcunq;: quotuſquiſq; homo pro quot homines: quiſq; pro qui
Virgilius cunq;. Virgilius libro æneidos. xii. Dant ſonitum ſpumoſi amnes: & in æquo
ra currũt/Quiſq; ſuum populatus iter. Populatus ſingulari numero. Sed plu
Virgilius rali numero populati melius dixiſſet Virgilius/ſi uerſus ſtare potuiſſet/ut in
Liuius Eodem libro. Pro ſe qſq; uiri ſũma nitũtur opum ui. Liuius. Auſi ſumus cum
Ouidius parentibus certare quæq; ciuitas ſuis. Ouidius de remedio. Vtraq; formoſæ
Ouidius paridi potuere uideri. Idem alibi. Miſcuimus lacrhrymas mæſtus uterq; ſuas.
Horatius Horatius. Legati magnis miſſi de rebus uterq;.

De in auro/& in æs.

In marmore inciſæ ſunt litteræ: in gēma: & lapide: in auro: magiſq̃ in marmor:
Laurentius in gēmam: in lapidem: in aurum. E diuerſo in æs (ait Laurētius) magiſq̃ i ære/
Cicero dicente Cicerone. Sed tantummodo dictis acta Cæſaris firma erunt: quæ ille
Liuius in æs incidit. Liuius li. tertio. Leges in æs inciſas/in publico propoſuerũt. Ve/
Ouidius rum & in ære Laurenti dici poteſt. Vnde Ouidius libro faſtorum primo ait.
At bona poſteritas pupim formauit in ære.

De nonnullis nominibus reciprocis/& auerſis.

Gellius Formidoloſus teſte Gellio li. viii. noctium atticarum/is dicitur/qui formidat: Formido/
& qui formidatur. Inuidioſus/qui inuidet; & cui inuidetur. Suſpicioſus/qui loſus
ſuſpicatur: & qui ſuſpectus eſt. Ambitioſus/qui ambit: & qui ambitur. Gratio Inuidioſus
ſus/qui adhibet gratias: & qui admittit. Laborioſus/qui laborat: & qui labo/ Suſpicioſuſ
ri eſt: apud quem multum exemplorum inuenies. His addi poteſt operoſus/ Ambicioſus
Ouidius qui ſcilicet operatur: & qui operæ eſt. Ouidius heroidum. Fallere credentem Gratioſus
Ouidius non eſt operoſa puellam Gloria. Idem libro præfato. Viginti fuluos opero/ Laborioſus
Gellius ſo ex ære lebetes. Simili mō/teſte eodem Gellio/ignarus is dicitur/qui igno/ Operoſus
rat: & qui ignoratur. Infeſtus/qui malum infert: & cui impendet malum. Sic Ignarus
Seruius neſcius/qui ignorat: & qui iguoratur/teſte Seruio. Sic æmulus/qui aliũ æmu Infeſtus
Horatius latur: & quem æmulatur alius. Horatius in epiſtolis. Rupit hiarbitam Tima Neſcius
Saluſtius genis æmula ligua/pro æmulata. Simili modo falſus qui fallit: & qui fallitur. Aemulus
Terentius Saluſtius. Ambitio multos mortales falſos fieri cœgit. Paſſiue autem/Teren/ Falſus
Scaurus tius. Carine falſus es: ideſt deceptus.

De terminatis in bundus.

Nomina in bundus/ex ſimilitudine etymologiā trahere dixit Scaur9 antiquus
Seruius grammaticus: cuius opinionem ſecutus eſt Seruius ſuper quintum/ſextum/

Lactantius & decimum æneidos:& Lactantius grammaticus ſuper quintum thæbaidos:
Priſcianus & Priſcianus:ut uitabundus ſimilis ſit uitanti:prædabundus ſimilis prædan/
Priſciãus ti:furibundus ſimilis furenti:ridibundus ſimilis ridenti:populabundus ſimi/
lis populanti:rubicundus pro rubibundus/teſte Priſciano/ſimilis rubenti. At
Caſellius uero Caſellius per participium exponit in commentario lectionum antiqua
Marcellus rũ/ita ſcribens. Ludibũdus/errabundus/ridibundus/idem eſt/qđ ludens/er/
rans/ridens. Simili quoq; modo exponit Marcellus/has præcipue dictiones:
ut moribundus dicatur moriens:errabundus errans:deplorabundus deplo/
rans:uolutabundus uolutãs:uitabundus uitans. In hanc etiam ſententiam du
Gellius citur Gellius in noctibus atticis:& lucidius his diſſerit omnibus. Nam termi/
nata in bundus(ut ait)uehemẽtiam ſignificant:quod idem ẽ/acſi diceret:idẽ
ſignificant/quod & participia frequẽtatiuorum:ut riſitans/erratitãs/popula
Lucretius titans. Lucretius libro.vi.
Verſabundus enim turbo deſcendit:et illam
Pompeius Diducit pariter lento cum corpore nubem:ideſt uerſans. Quod etiam Pom
Næuius peius exponit apertius. Ait enim ĩ dictiõibus a c littera incipiẽtibus. Caſibũ/
dus ideſt crebro cadens. Vnde Næuius referente Varrõe libro primo de ana
logia/ait. Riſi egomet me caſibundum ire ebrium:hoc eſt crebro cadẽtem/
Laurentius interprete(ut diximus)Pompeio. Hanc ẽt opinionẽ ſequitur Laurẽtius libro
Tortellius elegantiarum:& Tortellius in cõmentariis orthographiæ:quæ(pace contra
dicentiũ dixerim)firmior/& certior eſt. Quod etiam uno hoc exemplo pro/
Saluſtius bamus. Saluſtius in Iugurtha. Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca/& tra/
Seruius mites/exercitum ductare. Hoc exemplum Seruius affert in teſtimonium ſui
erroris:quod haud dubium noſtræ ſententiæ magis confert q̃ ſuæ. Quid enĩ
addidiſſet Saluſtius quaſi/quod ſimilitudinem/imaginemq; ſignificat/ſi uita
Priſcianus bundus per ſe ſimilitudinem ſignificaret? Quid ꝗ Priſcianus noſtram etiam
contra ſeipſum opinionem tenetur? Nam(ut diximus)rubicundus(inquit),ꝓ
rubibũdus ponit. Nuncqd rubicundus rubenti ſimilis dicitur/an rubens? cer
Virgilius te rubens. Vnde Virgilius in culice ait.
Calphurnius Et roſa purpureo creſcit rubicũda colore. Calphurnius egloga quarta. Et po
tius glandes/rubicundaq; collige corna.

De nonnullis dictionibus/quæ in bonam/& malam partem
accipi poſſunt.

Gellius Quædam(inquit Gellius libro.xii. noctium aticarum)ſatis nota ſunt/duas inter Tepeſtas
ſeſe res contrarias ſignificare/& capere:ut tempeſtas/ualitudo/facinus/do/ Valitudo
lus/gratia/induſtria. Hæc enim fere iam uulgatum eſt/ancipitia eſſe. Periculũ Facinus
etiam/& uenenum/& contagium/non uti nunc dicuntur/pro malis tantum Dolus
dicta eſſe. Multum exemplorum eiuſmodi reperies. Sed honorem quoq;/me Gratia
diam uocem fuiſſe/& ita appellatum eſſe ut etiam malus honor diceretur:& Induſtria
Virgilius iniuriam ſignificat. Hæc Gellius. Vnde Virgilius ait. Periculum
Virgilius Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Idem. unde hæc tam clara repente Venenum
Cicero Tempeſtas? Cicero ad Terentiam. Valitudinem tuam cura diligẽter:ideſt lã Contagiũ
Cicero gorem/uel infirmitatem. Idem. Sed nunc ualitudini tribuamus aliquid:ideſt Honor
Plautus ſanitati. Plautus ĩ rudente. In dolo malo inſtypulatus ſis. In dolo malo dixit:
Pompeius quia dolus uti malus/ita & bonus dicitur:ut etiam teſtatur Pompeius. Græ/
Saluſtius cum eſt dolus uocabulum. Neq; a dolore/neq; a deludo/deſcendit/ut cũ Ca
Vgutio tholico Vgutio ſomniauit. Saluſtius in Catilina. Præclari facinoris/aut artis
Seruius bonæ famam quærit. Similiter uirus uti malum/ita & bonum uocatur/teſte Virus
Virgilius Seruio/dicente Virgilio georgicorum primo.
Virgilius Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Fama etiam/& famoſus/non ſolũ Fama
Nonius in bonam/ſed & in malam partem accipi poteſt. Virgilius libro æneidos.iii. Famoſus
Cicero neq; ſpe/famaue mouetur:ideſt infamia/interprete Nonio. Cicero libro ſecũ
Hierõymus do de oratore. Nam me ad famoſas uetuit mater accedere:ideſt infames. Hie
Nonius ronymus in Iudith capitulo octauo. Hæc erat in omnibus famoſiſſima:quo/
Terentius niam timebat deum ualde:nec erat qui diceret de illa uerbum malũ. Delibe/ Delibero
rare ſignificat definire:quin etiam dubitare/teſte Nonio. Vnde Terentius in

Nonius Phormione ait. Ego amplius deliberandum cenſeo: ideſt dubitandum. Exor Exorno
Terẽtius nare/ornare/ac etiam fœdare ſignificat/teſte Nonio. Terentius in heauton.
Ego næ ſi uiuo adeo exornatum dabo/ut dum uiuat/meminerit ſemp mei: Demereo
Quintiliãus ideſt fœdatum. Demerere/uel demereri/in bonam/& malam partem acci Demereor
pitur. Quintilianus. Vt pleniori obſequio demererẽ amantiſſimos mei: ideſt Celebris
bene/mererer. Celebris item/ſingularis/unicus nobilis/præditus/inſignis/no Singularis
tabilis/eximius/ſacer/obſtinatus/in bonum/& malum ſumuntur. Nam & ce Vnicus
lebrem meretricem/& ſingularem improbitatem/& unicam turpitudinem Nobilis
Liuius dicimus. Liuius. Nobilis ille clade Romana locus. Cicero pro Sylla. Me ſin/ Præditus
Cicero gulari imanitate/& crudelitate præditum. Quintilianus. Macie notabilis/pal Inſignis
Quintiliãus lore deformis: ſolaq; impaciẽtiæ tuæ fabula notus. Hieronymus in Matthæo Notabilis
Hierõymus capitnlo. xxvii. Habebãt autẽ tunc unum uinctum inſignem/qui dicebatur Ba/ Eximius
Cicero rabbas. Cicero uerrinarum: iiii. Sui hanc uos in rege tam eximiam iniuriam Sacer
Virgilius tam acerbam neglexiſſe. Virgilius. Obſtinatus
quid non mortalia pectora cogis Perfidus
Auri ſacras fames? ideſt execrabilis. Et ĩ legenda Thæbæorum habetur. Cum Precor
hæc/& alia Maximiãus audiſſet/& ĩ fide Chriſti obſtinatos cerneret animos Deprecor
uirorum: ideſt ſtabiles: quod nuſq̃ alibi me legerẽ memini. Perfidus producta Imprecor
media ſyllaba/ille dicitur/cui ualde fidendũ eſt: & a fido fidis deriuatur. Cor
repta autem media ſyllaba perfidus is eſt/qui fidem uiolat. Precor/depre/
cor/ĩprecor/tã de malo/q̃ de bono dici poteſt: ut precor tibi bonũ: illi ma/
lum: deprecor liberationem: deprecor pœnã: illam ut potiar: hanc ut uitem.
Ouidius Ouidius libro primo de ponto.
Sæpe precor mortem: mortem quoq; deprecor idem/
Ne mea Sarmaticũ contegat oſſa latus. Deprecor dixit/quaſi precor mortẽ
Quintiliãus non dari mihi in Sarmatia. Quintilianus. Non imprecamur debilitates/nau/
Hierõymus fragia/morbos. Hieronymus in geneſi capitulo. xxiiii. Dimiſerunt ergo eã:
& nutricem illius: ſeruumq; Habraham: & comites eius/imprecantes proſpe
Virgilius ra ſorori ſuæ. Obeſus pingue ſignificat. Virgilius libro georgicorum tertio. Obeſus
Horatius Argutumq; caput/breuis aluus/obeſaq; terga: ideſt craſſa. Horatius. obeſo
Quid melius turdo? ideſt pingui. Obeſſum item/circunroſum/exile/gracilẽ
Nonius tũ ſignificare habet/auctoribus Nonio/& Seruio. Vnde Næuius in carmine
Seruius belli punici ait. Corpore/pectoreq; undiq; obeſo/ac merito exeſo/tradi ĩge
Neuius nio ſenis. Quare Laurentiũ deſciuiſſe dixerim: qui dum Raudẽſem cõfratrẽ
Laurentius meum/obeſum gracile interpretantem/auidius carpit/pingue (inquit) dicere
debuit/ſcilicet ignorans obeſum utrunq; ſignificare/uti pingue/ita & gracilẽ
tum. Antiquus uetus interpretatur: antiquior uero/non ueterior modo (ut ẽ Antiquior
Hierõymus apud Hieronymũ ĩ Iob capitulo. xxxii. iunior ſum tempore/uos autem antiq
Cicero ores) uerum etiam melior dicitur. Cicero de amicicia. Hoc quidem propriũ ẽ
Nonius amiciciæ: ſed antiquior/& pulchrior ẽ magis a natura ipſa profecta: ideſt me
lior/interprete Nonio. Laceſſo/& prouoco/in bonam etiã partẽ accipi poſ/ Laceſſo
Cicero ſunt: non in malã modo. Cicero tuſculanarũ quinto. Tuis me amãtiſſimis li/ Prouoco
Cicero bris laceſſiſti. Idem ad Brutũ. Tuis litteris amantiſſimis ſum prouocatus. Cõ Coniuro
Acron iurare/& conſpicare/hoc diſtant/teſte Acrone ſuper illud Horatii in primo Conſpiro
carminũ/coniurata tuas rumpere nuptias: q; conſpirare interdũ bonorũ eſt:
Cicero coniurare malorum. Vnde ad Cæſarem Cicero pro ligario/fratrum cõſpira
tionẽ dixit: & unanimitatẽ. Sed q̃ſi in bonũ cõiurare accipi poſſe cõtẽderim:
Mutius ſi honeſta cauſa coniuratio fiat. Vnde Mutius Scæuola ad Porſennã regẽ in/
quit. Terentii coniurauimus principes iuuentutis ratione/ut in te hac uia graſ
ſaremur. Proſequor/perſequor/afficio/in bonũ etiã/& malũ/accipi ſolẽt/ut Proſequor
proſequor te oculis/charitate/odio/honore/uerſibus/cantu/conuitiis. Perſe/ Perſequor
quor inimicos: hoc eſt inſector: perſequor pacẽ: ideſt uſq; in finẽ ſequor: ut eſt
Pſalmogra apud Pſalmographũ. Inq̃re pacẽ: & pſequere eã. Afficio te iniuria/uel contu/ Afficio
phus meliis: illũ magnis honoribus. Sic Zelus/& æmulatio/tam in bonũ/q̃ in ma Zelus
lũ uſurpãtur. Præſcientia ẽt uti de malis/ita & de bonis habetur: ut pulchre Aemulatio

| | | |
|---|---|---|
| Magiſter | cõcludit Magiſter li. primo ſententiarũ. Do das/condico/inſtigo/deuoueo/ | Præſcientia |
| | populo/uel populor/defungor/exulto/Macto/præuerto/ uel præuertor / | Do |
| Virgilius | refragor/obſeruo/ſubiicio/lauo/damno/ancipitia uerba ſunt. Virgilius. da/ | |
| Hieroÿmus | bis improbe pœnas: ideſt lues/patiere/uel ſuſtinebis. Hironymus in Iob ca/ | Condico |
| Hieroÿmus | pitulo ſecundo. Cõdixerant enim ſibi/ut pariter uenientes uiſitarent eũ: & | |
| | conſolarentur. Idem in prologo actionum apoſtolicarum. Obiit plenus ſpi/ | Inſtigo |
| | ritu ſancto: quo inſtigante/in Achaiæ partibus euangelium ſcribens Græcis | Deuoueo |
| Virgilius | fidelibus domini incarnationem fideli narratione oſtendit. Virgilius libro | |
| Virgilius | æneidos. xii. quorum ſe deuouer aris: ideſt uoto cõmendat. Idẽ libro ænei. | |
| Pacuuius | primo. Præcipue infelix peſti deuota futuræ. In malam hic partem ſonat. Pa | Populo |
| Nonius | cuuius. Atq; ut promeruit pater mihi patriam populauit meam: ideſt amorẽ | |
| Virgilius | populi conciliauit/interprete Nonio. Virgilius libro æneidos ſexto. defun/ | Defungor |
| Virgilius | ctaq; corpora uita: hoc eſt mortua corpora. Idem in eodem. O tandem ma/ | |
| Virgilius | gnis pelagi defuncte periclis: ideſt libertate. Idem libro æneidos duodecimo. | Exulto |
| Tullius | At medias inter acies exultat Amazon. Tullius de republica libro ſecundo. | |
| Nonius | Quæ ſanguine alitur/quæ omni crudelitate ſic exultat/ut uix hominum acer | |
| | bis phuneribus ſatietur: ideſt ſæuit/ut exponit Nonius. Accius in Antenori/ | Macto |
| Accius | dis. Qui aut illorum copias fundam/aut inanes ueſtras/aut caſtra mactabo in | |
| Accius | mare: ideſt præcipitabo. Idem libro primo didaſcalicõ. Pater honeſte rẽ ma | |
| Tullius | ctauit aurea: ideſt honorauit. Tullius de republica. Ferunt laudibus: mactant | |
| Virgilius | honoribus: ideſt magis augent. Virgilius libro georgicorum quarto. | |
| | Et nigram mactabis ouem: lucumq; reuiſes: ideſt immolabis. Has huic uerbo | |
| Nonius | interpretationes oẽs Nonius tribuit. Plautus in Amphitryõe. Illuc redeũdũ | Præuerto |
| Plautus | eſt mihi/ne me uxorem pro republica præuertiſſe dicam: hoc eſt anteuertiſ | |
| | ſe/uel antepoſuiſſe. Virgilius libro æneidos primo. uolucriq; fuga præuertit | |
| Virgilius | hebrum: ideſt præterit/uel tranſit. Plautus in Amphitryone. Me præuertitur | |
| Plautus | metus: accurro/ut ſciam quid uelit: ideſt reuocat. Siſẽna libro hiſtoriarũ. xxii. | |
| Siſenna | Multi populi plurimæ concionis/dictaturam omnibus animis/& ſtudiis re/ | Refragor |
| Nonius | fragauere: ideſt dictaturæ/ſuffragati ſunt/interprete Nonio. Alias pro reſi/ | |
| Terentius | to refragor ponit. Terentius in Andria. Obſerues filium quid agat: ideſt cal | |
| Virgilius | lide aduertas. Virgilius georgicorum quarto. & ingẽs Lydia/nec populi par | Obſeruo |
| Plautus | thorum/aut Medus Hydaſpes Obſeruant: ideſt uenerantur. Plautus in aula/ | |
| Virgilius | ria. Nec me obſeruare poſſis/quid rerum geram: hoc eſt/oculis/animoq; cu | |
| Nonius | ſtodire. Virgilius libro ænei. ſecũdo. & ueſtigia retro Obſeruata ſequor: ideſt | |
| Virgilius | cognita/ut exponit Nonius. Virgilius georgico. tertio. Ter flama ad ſummã | |
| Virgilius | tecti ſubiecta reluxit: ideſt ſurſum iacta. Idem libro georgicorum quarto: & | Subiicio |
| Virgilius | ramea coſtis Subiiciunt fragmenta: hoc eſt/ſubtus iaciũt. Virgilius li. georgi. | |
| Virgilius | tertio. lauit ater uulnera ſanguis: ideſt polluit. Idem libro æneidos duodecio. | Lauo |
| Virgilius | Quem damnet labor/aut quo uergat pondere lœtum: ideſt liberet. Idem in | Damno |
| Acron | buccolicis. Damnabis tu quoq; uotis: hoc eſt liberabis. Procul uti longe/ita | Procul |
| Seruius | & prope/ſignificare habet/teſtibus Acrone/& Seruio. Confidentia interdũ | Confidẽtia |
| Marcellus | in mala/interdum in bona ſignificatione ponitur/auctoribus Marcello / & | Placitum |
| Donatus | Donato ſuper Andriam Terentii. Placitum a placeo/placentia dicitur: a pla/ | |
| Virgilius | citor autem/litigium/uel controuerſia uocatur. Læuum/& ſiniſtrum/nõn tã | Læuum |
| Virgilius | tum aduerſum/ſed & proſperum ſignificare habent. Virgilius. ſi mens non | |
| | læua fuiſſet: ideſt aduerſa/uel ſiniſtra. Idem georgicorum quarto. ſi qua | |
| | Numina læua ſinunt/auditq; uocatus Apollo: hoc eſt proſpera. Læuus nõ | |
| Vgutio | uenit a leuo leuas / ut cum Catholico ſomniauit Vgutio: ſed græcum eſt uo | |
| | cabulum: quod apud illos λάιοσ cum ἀι diphthongo annotatur: quam no/ | |
| | ſtri in æ uertentes / & u conſonantem interponentes (ut etiam in his di/ | |
| | ctionibus ouis/ouum/ æuum/nauis fit) læuus dicunt. Virgilius libro geor | |
| Virgilius | gicorum primo. Arboribuſq;/ſatiſq;/notus pecoriq; ſiniſter: ideſt noxius. | Siniſtrum |
| Virgilius | Idẽ. Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix: hoc eſt propicia. Nam | |
| Seruius | teſte Seruio / ſiniſtrum proſperum interpretatur / dictum a ſinendo | |
| | quantum ad augures pertinet / eo ꝙ nos aliquid agere ſinet. Piacu/ | Piaculum |

Virgilius lum culpa/uel peccatum dicitur. Virgilius libro æneí.ſexto.
Diſtulit in ſerã cõmiſſa piacula mortem. Piaculũ item pro expiatione culpæ
Virgilius ponitur. Virgilius libro æneidos.xii.
Seruius Duc primas pecudes: ea prima piacula ſunto: ideſt expiationes. Religio no Religio
Virgilius tã habet ſignificationẽ: ſed & nõnunq̃ pro metu/uel ſollicitudine accipitur/
Nigidius teſte Seruio/dicente Virgilio libro æneidos octauo. Iam nunc religio paui/
Nonius dos terrebat agreſtis Dira loci. Inde religioſus tam in malã/q̃ in bonam par/ Religioſus
Gellius tem uſurpatur/auctoribus Nigidio/Nonio/Gellio libro quarto noctiũ atti/
Tullius carũ: ut eſt etiã apud Tulliũ ad Atticum. Itaq; aliter religioſos etiã nunc dies: Metus
Seruius ideſt iſames/uel iſauſtos. Metus timor pauor dicitur: & nõnunq̃ pro religio Superbum
Nonius ne ponitur/teſtibus Seruio/& Nonio. Vnde Virgilius libro æneidos.xii.ait.
Virgilius multoſq; metu ſeruata per annos: hoc eſt religione. Superbum ſignificat au
Nonius ctore Nonio/uitabile/elatum/iniquum: & nonnunq̃ ornatum. Virgilius li.
Virgilius æneidos ſecũdo. Barbarico potes auro/ſpoliiſq; ſuperbũ. Superbum item
Virgilius opulentum interpretatur. Virgilius libro æneidos octauo. ſimul ẽſe ſuperbũ
Seruius Rhamnetẽ aggreditur. Rurſus ſuperbũ mortuũ/teſte Seruio. Vnde in Am
Plautus phitryone Plautus ait. Faciam ego hodie te ſuperbũ/niſi hinc abis: ideſt mor
Nonius tuum: ut etiam interpretatus eſt Nonius. Suppliciũ/damnatio/pœna uel tor Suppliciũ
Agrætius mentum uocatur: quin & ſupplicatio/auctoribus Agrætio in Caprum/& No
Nonius nio. Accius. Suppliciis cælitũ aras expleam: hoc ẽ ſupplicationibus. Saluſti/
Accius us in Catilina. In ſuppliciis deorum magnifici/pro ſupplicationibus. Squali
Saluſtius dum/tam fulgens/q̃ ſordidum/ſignificare habet/teſte Seruio/dicente Virgi/ Squalidũ
Seruius lio libro æneidos.xii. Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum:
Virgilius ideſt fulgentem. Vltimus uti nouiſſimus/ita & primus interpretatur. Cicero Vltimus
Cicero libro.iii.de finibus. Eorum dico/qui ſummum bonum/quod ultimũ appel/
Virgilius lant/in animo ponerent: hoc eſt primum. Virgilius libro æneidos octauo.
tu ſanguinis ultimus auctor: ideſt primus. Nouiſſimum non tantũ ab eo qđ Nouiſſimũ
Virgilius eſt nouũ/ſignificatum detinet: ſed etiam pro ultimo ponitur. Sũmus/altior Summus
omnibus dicitur: & quandoq; extremus. Virgilius libro æneidos ſecundo.
Cicero Venit ſumma dies: & ineluctabile tẽpus. Cicero in Hortenſio. Vixit ad ſum/
mam ſenectutem ualitudine optima: ideſt extremã ſenectutẽ: & dies extrema
Agrætius Supremus modo ſummus/modo extremus dicitur/teſtibus Agrætio in Ca Supremus
Nonius prum/& Nonio: qui etiã & maximus/auctore Pompeio. Profũdũ/uti imũ/ Profundũ
Pompeius ita & altũ/ſignificare habet. Virgilius libro ænei.primo. Ni faciat maria/ac
Virgilius terras/cælumq; profundũ: ideſt altũ. Faſtigium/ſumma dicitur altitudo/ac ẽt Faſtigiũ
Nonius ima/teſte Nonio/dicente Virgilio libro georgicon ſecundo. Forſitan & ſcro
Virgilius bibus quæ ſũt faſtigia quæras: hoc ẽ imas altitudines. Peruicacia/libido/mali
cia/thæſaurus/alacritas/in bonũ/ac malũ/accipi poſſunt/teſte Nonio: ut ſit
Nonius peruicacia bonarũ etiã rerum perſeuerantia: & libido/omne quod libuerit ap
Accius pelletur. Accius in Myrmidonibus. Tu pertiuacẽ eſſe Antiloche hanc præ di Peruicacia
cas: ego peruicaciam a me uti uolo. Nam peruicacem dicis me eſſe: & uincere
perfacile patior pertinacem. Hoc fortis ſequitur: illam indocti poſſident. Tu
Saluſtius addis quod uitio eſt: demis quod laudatur. Saluſtius in Catilina. Magiſq; in
decoris armis/& militaribus equis/q̃ in ſcortis/atq; conuiuiis/libidinem ha Libido
Plautus beant. Plautus in aularia. Te ciuem ſummã animi malitia. Nam in bonã hic
Plautus partẽ malicia accipitur. Idem ad Amphitryone. Qui domi uxorem meam ĩ
Cicero pudicicia impediuit: teneo thæſaurũ ſtupri. Cicero in tuſculanis. Vir igitur tẽ Malicia
Nonius peratus/conſtans/ſine metu/ſine ægritudine/ſine alacritate/ulla libidine nõ Thæſaurꝰ
Cicero uexatus. Elegans/uerſutus/diſciplinoſus/aduerſus/in bonam/& malam par
tem uſurpantur/ut tradit Nonius. Cicero in Clodium & Curionem. Tu ele Elegans
gans/tu ſolus urbanus: quem decet mulieris ornatus: quem inceſſus. Hic eni
elegans uitio eſt/ut uult Nonius. Ego autẽ puto ironice dictũ: quod & pa/
tere poteſt per illud quod ſequitur: tu ſolus urbanus. Nam cum ĩ malã partẽ
Plautus urbanus non ſonet/conſtat Ciceronem ironice locutũ fuiſſe. Plautus in aſina
ria. Nec magis uerſutum/nec quod caueas ægrius. Verſutum hac in parte re
Cato cte peritum dixeris: non ad maliciam callidum. Cato de re militari.

Quam gladiator diſciplinoſus. Diſciplinoſus utiq; hic in malum ſonat. Cice Verſutus
Cicero ro libro tertio de finibus. Nec pietas aduerſum deos/nec iſta gratia debeat: Diſciplino
Nonius ideſt apud deos: ut exponit Nonius: alias contra ſignificat. Feſtus. Aduerſus/ ſus
Feſtus aut contrarium ſignificat: aut idem quod erga. Compos tam de malo/ q̃ de Aduerſus
Plautus bono/dici poteſt. Plautus in Epidico. Cedo manum ærumnarū/& miſeriaꝝ Compos
Virgilius compotem. Obitus/mors dicitur/uel occaſus: ut eſt apud Virgilium geor/
Nonius gico. primo. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur: & ortus. Nonnunq̃ Obitus
Turpilius tamen/& pro aduentu ponitur/teſte Nonio/Turpilium referente dicentem.
Et quis eſt/qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? ideſt aduentu. Inau Inauditum
Nonius ditum/non auditū dicitur. Inauditum item/ꝙ non audiat/ut ueteribus pru/
dentibus lectum eſſe teſtatur Nonius/quædam (inquiens) animalium/ aliud
alio carent/ut a natura gignuntur/aut inodora/aut inaudita: hoc eſt/non au
Cicero dientia. Rurſum inauditum/auditum. Cicero ad Panſam. Quorum erupit
illa uox: de qua ego ex te primum quidem inaudieram/pro audierā. Impru/ Imprudens
Virgilius dens/notum eſt quid ſignificat: ſed & ualde prudens interpretatur: ut eſt apd Impotētia
Virgilium. nocuit nunq̃ imprudentibus imber: hoc eſt ualde prudentibus.
Cicero Sic impotentia/aliquando pro ualida potentia accipitur: non modo pro ī/
becilitate. Cicero tuſculanarum quinto. Qui nihil metuant: nil agant: nil cō/ Latens
Agrætius cupiſcant: nulla impotentia efferantur. Latens/& abſconſum aliquid ſignifi/
Virgilius cat: & late patens/teſte Agrætio in Caprum/dicente etiam Virgilio. Et ſcuta
latentia condunt: hoc eſt/late patentia. Reos/non ſolum culpæ/& crimini Reus
Nonius obnoxios/ſed etiam honeſti/uel uoto debitores promiſſi/ ueterum (inquit
Macrobius Nonius) auctoritas dici uoluit. Sic & Macrobius in ſaturnalibus/ reus (inqt)
uox propria ſacrorum eſt: ut ſcilicet reus uocetur/qui ſuſcepto uoto ſe numi
Virgilius nibus obligat. Vnde Virgilius libro æneidos quinto ait. Conſtituā ante aras
uoti reus. Factio/eſt malorum conſenſus/& cōſpiratio: necnon & opulentia/ Factio
Nonius abundantiaq;: & nobilitas/auctore Nonio. Saluſtius in Catilina. Inter bonos
Saluſtius amicicia: inter malos factio. Plautus in aularia. Iſtas magnas factiones/dotes,
Plautus dapſiles: ideſt opulentias/uel abundantias. Cæcilius. Alta eorum fama/filium
Cæcilius occultabat factio: hoc eſt nobilitas.

De tertio/& tertium conſul.

Gellius Familiari meo cuipiam (inquit Gellius libro decimo noctium atticarum) litte/
ras Athenis Romam miſi: in quibus a me/iam tertiū conſul/ ſcriptum fuit.
Is autem ad me reſcripſit: petiuitq;/ut orationem dicerem/cur tertiū/ ac non
tertio/ſcripſiſſem. Id etiam aſcripſit/ut quid ſuper illo quoq; mihi uideretur/
ſe facerem certiorem/tertium ne conſul/& quartū/an tertio/& quarto/ dicē/
dum eſſet: cum Romæ doctum uirum dicere audiſſet/tertio/& quarto con/
ſul: non tertium/quartūq;: idq; in principio libri Cælium ſcripſiſſe: & Qua/
drigarium Claudium in libro undeuigeſimo/Marium creatum ſeptimo cō/
ſulem dixiſſe. Ad hæc ego reſcripſi nihil amplius/q̃ uerba Marci Varronis/
hominis (ut opinor) q̃ fuit Claudius cum Cælio doctioris: qbus uerbis utrū/
q; de quo ad me ſcripſerat/decideretur. Nam & Varro ſatis aperte quid dici
Varro oporteret edocuit. Et ego aduerſus eum qui doctus dicebatur/litem meam fa
cere abſens nolui. Verba Marci Varrōis ex libro diſciplinarū quinto/hæc ſūt.
Aliud eſt/quarto prætorem fieri/& quartum: quarto/ qđ tp̄s aſſignificat/
& ter ante factum: quartum aūt locum aſſignificat/& tres ante factos. Igitur
Ennius recte quod ſcripſit. Quintus pater quartum fit conſul/& Pompeius
timide quod in theatro ne aſcriberet conſul tertium/aut tertio/extremas lit
teras non ſcripſit/quod de Pompeio Varro breuiter & ſubobſcure dixit/Ti/
Tiro ro Tullius Ciceronis libertus/in epiſtola quadam enarratius ſcripſit/ ad hūc
ferme modum. Cum Pompeius (inquit) ædē uictoriæ dedicaturus foret/ cu/
ius gradus uice theatri eſſent/nomenq; eius/& honores inſcriberentur/quæ
ri cœptum eſt/utrum conſul tertio/inſcribendum eſſet/an tertium. Eam rem
Pompeius exquiſitiſſime rettulit ad doctiſſimos ciuitatis. Cumq; diſſentiren
tur/& pars tertio/aliis tertium/ ſcribendum contenderent/ rogauit Cicero/
nem Pompeius/ut quod ei rectius uideretur/ſcribi iuberet. Tumque

Ciceronem (inquit) iudicare de uiris doctis ueritum eſſe: ne quorum opinio
nem improbaſſet/ipſos uideretur improbaſſe. Perſuaſſit igitur Pompeio Ci
cero/ut neq; tertio/neq; tertium ſcriberetur: ſed ad ſecundum uſq; t fierent
litteræ/uidelicet ter. ut uerbo non perſcripto/res quidem demonſtraretur:
Cato ſed dictio tantum ambigua uerbi lateret. In marci tamen Catonis libro .iiii.
originum/ita perſcriptum eſt. Carthaginenſes ſextum de fœdere decernere.
Id uerbum ſignificat quinquies ante/eos feciſſe cõtra fœdus: & nũc ſextum.

Quod indifferẽter loquimur per accuſatiuum/
& ablatiuum temporis interrupti/& continuati.

Quotienſcũq; (inquit Marcellus) per accuſatiuum/annos/uel dies loquimur/
iuges annos/uel dies uocamus: quoties per ablatiuum/interiectis aliquibus
annis/uel diebus. Fruſtra excogitata eſt hæc differẽtia Noui Marcelle: etſi tuã
ſententiam omnes qui de hac locuti ſunt/ad noſtram uſq; ætatem probare
uideantur. Si enim per accuſatiuum ſignificaretur tempus continuatum/nõ
Marcellus oporteret/uel potius non liceret addere continuos: ut Cicero pro lege Man
Cicero lia. At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam/ille populus
Romanus/cuius uſq; ad noſtram memoriam nomẽ inuictum in naualibus
Virgilius pugnis permanſerat/mágna/ac multo maxima parte non modo utilitatis/
ſed dignitatis/atq; imperii caruit. Virgilius.
Virgilius Hic iam ter centum totos dominabitur annos. Idem georgico. ii. Septem il/
lum totos perhibent exordine menſes Fleuiſſe. Si igitur per accuſatiuum tẽ/
pus minime interruptũ ſignificaretur/non oporteret addere totos: neq; exor
dine: quod ſignificat ſine intermiſſione. Dicendũ eſt ergo/quod indifferen/
ter loquimur per ablatiuum more latino: & per accuſatiuũ/inſtar Græco℞:
Cicero nihilq; differt/ſi dicatur (ut Cicero ſcripſit) q̃q̃ te Marce fili annum iam audiẽ
tem Crathippũ: aut duobus ãnis audiui Platonem. Imo etiam per ablatiuũ/
addendo continuis/uel totis/loqui poſſumus. Vnde ĩ apoſtolicis actionibus
legitur capitulo ultimo. Manſit aũt Paulus biennio toto ĩ ſuo cõductu diſpu
Ouidius tans. Ouidius libro. v. triſtium. Pœne decem totis aluit Pœnatius annis. Terẽ
Terentius tius in adelphis. Sex totis menſibus olfeciſſem/q̃ ille quicq̃ cœperet. Verum
illud fortaſſe melius præciperetur/quom de parte/non de toto tempore lo/
quimur: non licere per accuſatiuum loqui: ſed per ablatiuum: ut ſi dicas. Ego
hoc anno ad te ueniam: ideſt aliquo tempore huius anni. Quod nõ recte di/
ceres per accuſatiuum: ad te hunc annum ueniam.

De comparatiuo cum q̃.

Curtius Curtius. Maiorem q̃ pro magnitudine ſiluæ reddebant ſonũ. Laus mea maior ẽ/
q̃ laus patris mei/congrue dicitur: uel maior eſt laude patris mei: uel maior
Quintiliãus patre meo. Quintilianus de apibus pauperis. Vnum rogo/ne cui minor uẽa
Laurentius dignitate uideatur cauſa litis meæ. Hæc & Laurentius tetigit.

Quomodo loqui poſſumus modo in
ſingulari/modo in plurali numero.

Virgilius Virgilius. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit.
Nanq; erit ille mihi ſemper deus: illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare boues. Hic. n.
Quintiliãus de ſe loquens tityrus/nunc ſingulari/nunc plurali numero utitur. Quintilia/
nus in ægro redempto. Vtinam hoc ſaltem mihi ſero fata præſtarent/ut reſi/
Laurentius duũ laborantis aĩæ/ĩ tuo poneremus ãplexu. Quod & Laurẽtius ipſe tradidit.

De quid/pro cur/uel in quo/uel in aliquo.

Ouidius Quid pro cur/uel in quo/uel in aliquo ponitur. De primo/Ouidius heroidum.
Quid facis Oenone/quid mandas ſemina arenæ. ideſt cur commendas. De
ſecundo/Quintilianus. Quid tibi tantum mali feci/quid offendi. ideſt in quo.
Quintiliãus Cicero in Lælio. Quid enim indigens Aphricanus mei. hoc eſt/in quo. Et in
Cicero Lucæ euangelio Zacchæus ait ad Ieſum. Ecce dimidium bonorum meorum
domine do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui/reddo quadruplum/
pro in aliquo. De ſuppoſito quoq; deficiente in oratione.
Cicrro Deficit quãdoq; in oratione ſuppoſitũ. Cicero ad herenniũ. Offuere plurimũ

eo tempore reipublicæ/conſulum ſiue ſtulticiam/ſiue maliciam/ſiue utrūq;
Laurentius dicere oportet. Hoc & Laurentius libro elegantiarum tetigit.

Quom uenuſte uerba aut deſunt/aut redundant.

Hierōym9 Deſunt nonnunq̄ uerba in oratione: ſed non ſine gratia. Hieronymus in Heſa/
Quītilianus ia capitulo primo. Quo mihi multitudinem uictimarum ueſtrarum? ideſt ad
Horatius quid multitudinem offertis mihi uictimarū? Quintilianus. Quo per fidem
Horatius diuitias cæco? Horatius. Quo mihi fortunam/ſi non permittitis uti? Aliquā/
Quītilianus do per unde. Horatius. Vnde mihi lapidem quorſum eſt opus/unde ſagit/
Iuuenalis tas. ſupple putes/uel dicas mihi eſſe. Quintilianus. Vnde hunc illi animum.
Quītilianus Iuuenalis. Vnde tibi frontem/libertatemq; parentis. Quandoq; per nomina
Plinius tiuum. Quintilianus. Vnde miſeræ tunc/unde ſomnus. ſupple erat. Alius lo/
Martialis quēdi modus. Plinius nepos. Studes/an piſcaris/an uenaris/an ſimul omnia.
Ennius ſupple facis. Martialis. Nil aliud bulbis q̄ ſatur eſſe potes: ideſt nil aliud potes
Quītilianus facere. Ennius. Præclare Anaxagoras: fortiter Scipio: prudenter Fabius: ſup/
Ouidius ple dixit/aut fecit. Et per comparatiuum. Quintilianus. Tu melius uxor/quæ
facturum retinebas: ſupple feciſti. Nonnunq̄ tamen apponitur uerbum. Oui
Quintiliāus dius libro metamorphoſeon. vii. Dii meliora uelint: Alius itē modus. Quin/
tilianus. Sequitur quæſtio an utilis rhæthoricæ. Nam quidam in eam uehe/
Cicero menter inuehere ſolent: & (quod ſit indigniſſimum) in accuſatione orationis
utuntur orandi uiribus: eloquentiam enim eſſe: quæ pœnis eripiat ſceleſtos:
cuius fraude damnentur interim boni: conſilia ducantur in peius: ſupple di/
cunt enim eloquentiam eſſe. Cicero. Caput enim eſſe ad bene uiuendum/ſe/
curitatem: ſupple dicunt eſſe ſecuritatem. Et de his in elegantiis ſuis Laurenti
Laurentius us bene diſſeruit.

De uerbis ad noticiam pertinentibus.

Non me fugit: non me fallit: non me præterit: non me latet: clam me non eſt: nō
me capit: non ignoro: nō ſum neſcius. Hæc omnia in uno ſignificato dixeris.

De non nullis uerbis deponentibus/ſeu cōmunibus.

Priſciāus Multa ſunt uerba in or terminata: quæ ab antiquis/teſte Priſciano/tam actiua/q̄
paſſiua ſignificatione prolata inueniuntur: quæ nihilominus Priſcianus ipſe
enumerat: ut infra

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Auxilior | Adminiculor | Vociferor | Deteſtor | Stypulor |
| Dignor | Abominor | Auguror | Tueor | Veneror |
| Anteſtor | Adhortor | Conſequor | Adorior | Adipiſcor |
| Architector | Aſſequor | Miror | Amplector | Abutor |
| Solor | Arbitror | Argumētor | Aggredior | Exordior |
| Conſpicor | Conſolor | Machinor | Reor | Vereor |
| Deſpicor | Comminiſcor | Cōplector | Blandior | Dilargior |
| Ementior | Demolior | Dominor | Calumnior | Hortor |
| For faris | Experior | Fruſtror | Depeculor | Tutor |
| Aſpernor | Meditor | Obliuiſcor | Polliceor | Adulor |
| Conteſtor | Aſſector | Amplexor | Metor | Execror |
| Vador | Conſector | Carnificor | Teſtor | Velificor |
| Confiteor | Venor | | | |

Hæc plærunq; eſſe deponentia affirmant: ideo quia
Lucillius frequēs/uſus eorum/ſignificationis eſt actiuæ. Communia uero eſſe defendit
Caſius tam natura ipſius ſenſus/q̄ ueterum non improbanda auctoritas: a qbus/quæ
Varro potuimus (ait Priſcianus) diuerſis colligere libris/exempla proferamus. Lu/
Lucius cillius. A me auxiliatus ſi eſt. Caſius. Adulatiq; erant ab amicis: & adhortati.
Faunius Varro. Tribunitio auxilio adminiculati. Lucius. Certe quæ res augurantur.
Verrius Caius Faunius. Hæc adipiſcuntur. Verrius. Sæuiciæq; eorum abominarētur
Orbilius ab hominibus. Orbilius. Quæ uix ab hominibus conſequi poſſunt. Petroni/
Petronius us. Animā nr̄o āplexā in pectore. Lucilius. Quin āplexetur q uelit: ego nō ſſi/
Lucillius nā me āplectier. Cicero pro Roſcio. Quo uno maleficio/ſcelera oīa cōplexa
Cicero uideātur. Aurelius. Ab iis Gallos eſſe adortos. Varro. Vtile utamur/potius q̄
Aurelius ab rege abutamur. Hortēſius. Abuſis iā oībus locis. Caninius. Turpe eſt pro/
Varro pter uenuſtatē ueſtimentorū admirari. Cicero. Publicis lr̄is teſtata. M. Liuius.

Hortēſius
Caninius
Cicero
M. Liuius
Cato
Saluſtitus
Metellus
Cicero
Gracchus
Ennius
Aufuſtius
Cœlius
Pollio
Varro
Apius
Varro
Aufidius
Verrius
Laberius
Staberius
Siſenna
Cicero
Curio
Terenitius
Nigidius
Lucius
Gracchus
Memius
Cicero
Viſellius
Nigidius
Pollio
Feneſtella
Varro
Suetonius
Plautus
Horatius
Horatius
Caper
Priſcianus

Impubius libripens eſſe non poteſt:neq; anteſtari. Cato li. quarto originum. Duos exules lege publica execrari. Saluſtius li. ſecundo hiſtoriarum. At Lucullum regis cura/machinata fames/breui fatigabat. Metellus Numidicus. ī oratione qua ad populum reſpondit. Nam ut aliis plærunq; obuenienti magiſtratu ob metum ſtatuæ polliceantur. Cicero ad nepotem. Hoc reſtiterat/ut etiam a te fictis aggrederer donis. Gracchus in eodem qui eſt aſper aſpernatur. Ennius. Aſſectari ſi omnes cupiunt. Aufuſtius. Omnia argumenta nomine argumentata. Cœlius. Ex ſcriptis eorū/qui ueri arbitrātur. Aſinius pollio. Sed cum ob ea quæ ſperaueram/dolebam/conſolabar ob ea quæ timui. Varro. Paupertas enim hæc/quom non eſt nutricata conſpicatur. Apius. Amicum quom uides/obliuiſcere miſerias:inimicus ſi eſt cōmentus/cæcos. Varro. Petuntur incognita:conſecuta negliguntur. Aufidius. Si quis alio uocitatur nomine/tamen cum uſu conteſtatur. Verrius. Blanditurq; labor/molli curabitur arte. Laberius. Vxorem tuā/& meam nouercā/a populo lapidibus conſectari. Staberius. De portione nō eſſe poſitiones regulæ:a quibus interdum analogia calumniatur. Siſenna. Vitam cum dolore/& inſigni cruciatu/carnificatus amiſit. Cicero in œconomicis. Homo ex eo numero hominum/qui apud nos hoc nomīe dignantur. Curio. Pater nuſq̄ demolitur/nuſq̄ exoneratur pecunia. Terentius in Phormione. Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. Nigidius. Omne pecus indomitum/habet quiddā in ſe ferum:ſed tamen ea natura eſt/ut curari/& dominari poſſit. Lucius. Vbi ſenatus intellexit populū depeculari:ideſt deuaſtari. Gracchus. Aerariū dilargitur Romano populo. Memius. Quam ſtulte conficta/q̄ aperte ſunt ementita. Cicero in Antonium. Quem ipſe ementitis auſpiciis uitioſum fecerat. Viſellius. Bonæ res per illos a raro initio exorſæ/ad ſummū peruenerūt. Nigidius. Experienda ratio eſt. Aſinius pollio. Cuius experta uirtus bello Germaniæ/traducta ad cuſtodiam Illyrici eſt. Feneſtella. Fruſtratus igitur a ſpe/deuictus in caſtra ſe recepit. Varro. Ab amicis hortaretur. Suetonius. Faſti dies ſunt/quibus ius fatur. Plautus in rudente. In dolo malo inſtypulatus ſis. Horatius in primo carminum. Bellaq; matribus deteſtata manent. Idem in ſecūdo carminum.

Nulla decēpedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat arcton.

Vetuſtiſſimi ēt/teſte Capro/mlta ſic cōfuxa termiatiōe ꝑtuliſſe inuēti ſunt/ut

| | | |
|---|---|---|
| Adiutor pro adiuto | Anhelor pro anhelo | Diſpenſor pro diſpēſo |
| Diſpolior pro diſpolio | Deproperor ꝑ deꝑpero | Dilapidor ꝑ dilapido |

Præterea. Plurima apud uetuſtiſſimos (ait Priſcianus) inueniūtur: quæ uel actiuā pro paſſiua/uel ꝑ actiua paſſiuā hñt termiationē: ut hæc quæ ſubſcribūt.

| | | |
|---|---|---|
| Teſto pro teſtor | Opino pro opinor | Conto pro contor |
| Auſpico pro auſpicor | Cōmento pro cōmētor | Crimino pro criminor |
| Luctito pro luctitor | Luxurio pro luxurior | Læto pro lætor |
| Medico pro medicor | Amplexo pro āplexor | Amplecto ꝑ āplector |
| Auxilio pro auxilior | Auguro pro auguror | Molio pro molior |
| Heiulo pro heiulor | Lucto pro luctor | Ludifico ꝑ ludificor |
| Aucupo pro aucupor | Alterco pro altercor | Opino pro opinor |
| Conſolo pro conſolor | Cōmoro pro cōmoror | Cōmento ꝑ cōmentor |
| Execro pro execror | Epulo pro epulor | Conto pro contor |
| Horto pro hortor | Largio pro largior | Crimino ꝑ criminor |
| Cōuiuo pro cōuiuor | Cōtemplo ꝑ cōtemplor | Læto pro lætor |
| Molio pro molior | Digno pro dignor | Amplecto ꝑ āplector |
| Ludifico pro ludificor | Miſereo pro miſereor | |

Caper

Paſſiuas quoq; pro terminationibus actiuis/uel neutralibus/teſte Capro proferebant antiqui: ut ſunt infraſcripta uerba.

| | | |
|---|---|---|
| Careor ꝑ careo | Nutrior pro nutrio | Opſonor pro opſono |
| Cōperior pro comperio | Calleor pro calleo | Nutricor pro nutrico |
| Bellor pro bello | Copulor pro copulo | |

Priſcianus

Multa ſimiliter (inqt Priſciāus) ancipiti terminatione/i una/eadēq; ſignificatiōe

ueteres protulerunt:quæ uidelicet ſubſcribuntur.

| | | |
|---|---|---|
| Mereo & mereor | Solaro & ſolaror/hoc eſt in altum ædifico | |
| Meto & metor | Vlciſco & ulciſcor | Quieto & quietor |
| Partio & partior | Meridio & meridior | Poteſto & poteſtor |
| Progredio & progredior | Manduco & manducor | Sciſco & ſciſcor |
| Preco & precor | Modero & moderor | Præſagio & præſagior |
| Modulo & modulor | Pignero & pigneror | Reuereo & reuereor |
| Vocifero & uociferor | Velito & uelitor | Adorio & adorior |
| Mentio & mentior | Sortio & ſortior | Potio & protior |
| Rimo & rimor | Mutuo & mutuor | Mino & minor |
| Opino & opinor | Minito & minitor | Prædo & prædor |
| Perconto & percontor | Quadruplo & q̄druplor | Oſcito & oſcitor |
| Vto & utor | Sequo & ſequor | Tolero & toleror |
| Prælio & prælior | Aſſentio & aſſentior | Pacifico & pacificor |
| Murmuro & murmuror | Stabulo & ſtabulor | Vago & uagor |
| Præuarico & præuaricor | Scruto & ſcrutor | Secto & ſector |
| Palpo & palpor | Rumino & ruminor | Munero & muneror |
| Obuerſo & obuerſor | Iurgo & iurgor | Recordo & recordor |
| Tumultuo & tumultuor | Tuto & tutor | Mādo mādis & mādor |
| Præuerto & præuertor | Diſſentio & diſſētior | Reminiſco & reminiſcor |
| Nequito & nequitor/hoc eſt nequiciam exerceo | | Socio & ſocior |
| Quirito & quiritor/hoc ē Romanizo | | Villico & uillicor |

Priſcianus Sunt & alia/teſte Priſciano/quæ cum ſint actiua primæ coniugationis/tranſe/unt in neutra abſoluta/ſiue reciproca ſecundæ coniugationis:ut ſordido ſordidas(hēt enim paſſiuū ſordidor)& ſordeo ſordes:a quo ſordeſco. Albo albas:unde albor paſſiuū:& albeo albes:ūde albeſco. Duro duras/duror paſſiuū:& dureo dures:unde dureſco. Denſo denſas/& paſſiue denſor:& dēſeo denſes:ūde denſeſco. Lento lentas/cuius paſſiuū ē lentor:& lēteo lentes:ūde lēteſco. Hūecto/& paſſiue hūector:& humeo humes:a quo hūeſco. Noto notas/& notor paſſiue:& noteo notes:ūde noteſco. Nigro nigras/& nigror paſſiuū:& nigreo nigres:ūde nigreſco. Lacto lactas/& paſſiue lactor:& lacteo lates:ūde lacteſco. Laſſo laſſas/& laſſor paſſiue:& laſſeo laſſes:ūde laſſeſco.

Priſcianus Inueniuntur quoq(ut idem pergit Priſcianus)ex aliarum coniugationum uerbis quædam ſimiles deriuationes:ſed in paucis:ut pendo pendis(habet enim paſſiuum pendor)& pendeo pendes. Iacio iacis/& paſſiue iacior:& iaceo iaces. Acuo acuis/& acuor paſſiuum:& aceo aces.

Priſcianus Sunt & alia(ut idem ſubdit auctor)quæ in compoſitione mutāt terminationē:
ut eo is it neutrale uerbum:a quo compoſita/in o/& paſſiue in or/plærunq
Ouidius terminantur:ut adeo adeor:ſubeo ſubeor: obeo obeor: intereo intereor.
Iuuenalis Ouidius libro faſtorum quinto. Sol aditus quē quæris ait. Iuuēalis ſatyra.vi.
Claudius q ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Claudius. Pugna acriter commiſſa/ac multis
Virgilius utrinq interitis. Virgilius libro æneí.x. Morte obita/qualis fama eſt uolitare
figuras. Facio quoq quando cum præpoſitionibus componitur/plærunq
Lucretius paſſiuum habet:ut afficio afficior:officio officio. Lucretius libro ſecundo.
Officiuntur/uti cogantur tardius ire. Deficio etiam quom pro relinquo po/
nitur/accuſatiuo iungitur:& habet paſſiuum deficior. A proficio quoq pro/
ficitur imperſonale Statius uſurpauit/quom dixit libro thæbaidos tertio.
Statius Proficitur bello. Nam & ātiqui paſſiue facior protulerūt:ut alibi docuimus.
Simili quoq modo compoſita a uenio terminationem aliquando mutant:
ut conuenio conuenior:inuenio inuenior. A ſedeo etiam/fit obſideo/& obſi
deor. A uerto/& reuerto/& reuertor:præuerto/& præuertor/in una eadēq
Cicero ſignificatione. Verſo quoq actiuum:unde controuerſor deponens. Cicero
ī protagora. Vt iter uos de huiuſcemodi rebus cōtrouerſemini/nō cōcertetis.

Priſcianus Sunt etiam multa neutra(ait Priſcianus)quæ præteriti participium habent:ut prandeo prandi/& pranſus ſum:cœno cœnaui/& cœnatus ſum:ſoleo ſolui/& ſolitus ſū. Audeo auſi/& auſus ſū:gaudeo gauiſi/& gauiſus ſū:placeo placui/

& placitus ſum: mereo merui/& meritus ſum: nubo nupſi/& nuptus ſum:
odi/& oſus ſum: iuro iuraui/& iuratus ſum: careo carui/& caſſus ſũ: pateo
patui: & paſſus ſum: titubo titubaui/& titubatus ſum. Sic ſueo ſueui/& ſuetus
Chariſius ſum/teſte Chariſio. Poto potaui/& potus ſũ. Terentius in ecyra. Quod agis
Terentius cum uirgine una aduleſcens cubuerit plus potus. Iuuenalis paſſiue protulit/
Iuuenalis quom ait. epotaqꝫ flumina Medo Prandente. Iuratus etiam/tam paſſiue/q̄
Cicero actiue profertur: ſic titubatus: caſſus: paſſus. Cicero Verrinarum ſecundo. Ma
Virgilius lo enim iurato ſuam/q̄ iniurato/aliorũ tabellas committere. Virgilius libro
Virgilius æneidos ſexto. ueſtigia preſſo Haud titubata ſolo. Idem libro ænei. iii. nunc
Virgilius caſſum lumine lugent. Idē in eodē. Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis.

De nonnullis uerbis in tertia perſona paſſiuis.

Priſcianus Quædam ſunt uerba neutra/quæ Priſciano teſte/in tertia perſona paſſiue ab
auctoribus uſurpantur: ut curritur ſpacium: cœnatur rhombus: prandetur
Ouidius turtur. Sic & ætas uiuitur. Ouidius libro meta. xii. iam tertia uiuitur ætas.

De præterito imperfecto indicatiui modi.

Priſcianus Veteres/teſte Priſciano/quartæ coniugationis uerba in præterito imperfecto
indicatiui modi declinabant hoc modo: muneibam/audeibam/ueneibam/ꝑ
muniebam/audiebam/ueniebam: ita ut in antepenultima ſyllaba e/in pe/
nultima uero/i ponerent. Nunc aũt in antepenultima i/in penultima uero
ſyllaba/e locare conſueuimus: ut ſeruiebam/hauriebam: exceptis ibam/&
quibam: & ab his compoſitis: in quibus poſt i/e minime ponitur: ut adi
bam/nequibam. Poetæ etiam metri gratia plærunqꝫ e uocalem abiiciunt.
Propertius Propertius. Atqꝫ inuli pellis totos operibat amantes/pro operiebat. Virgi.
Virgilius Tũ mihi prima genas ueſtibat flore iuuẽtus/ꝑ ueſtiebat. Idē li. æneidos. viii.
Virgilius Certatim ſquamis ſerpentem auroqꝫ polibant/pro poliebant.

De uerbis indefinite ſumptis.

Cicero Cicero oratione quinta in Verrem. Sed quocũqꝫ uenerint/hanc rem ſibi præ/
Gracchus ſidio ſperant futurũ. Gracchus in oratione/cuius titulus eſt Qu. Pompilio.
Cato Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Cato libro quinto originum. Illi
Leo polliciti ſunt ſeſe facturum omnia per eclipſim eſſe. Leo papa in ſermone do
minicæ intra octauam epiphaniæ. Tres itaqꝫ uiri/fulgore inſoliti ſyderis/di
uinitus incitati/præuium micantis luminis curſum ſequntur: exiſtimantes ſe
Claudius ſignificatum puerũ Hieroſolymis ciuitate regia reperturũ: ubi chalcographi
Valerius reperturos impreſſerũt. Claudius Quadrigarius annaliũ. xii. Speremus deos
Plautus bonis benefacturũ. Valerius Antias libro. xxiiii. Haruſpices dixerunt/omnia
Laberius ex ſententia proceſſurũ eſſe. Plautus in caſina. Etiam ne habet Caſina gladiũ?
Lucillius habet/ſed duos: quibus/altero te occiſurum ait: altero uillicum. Laberius in
gemellis. Non potaui hoc eam facturũ. Lucillius libro. xvii. Nupturum te nu
Sylla pta negas. Sylla libro primo rerũ ſuarũ. Ad ſummã perniciem rempublicã
Gellius peruenturum eſſe. Hic loquendi modus congruus eſt/teſtibus Gellio li. p̄mo
Priſcianus noctium atticarum/& Priſciano: qui (ut idem dicit Gellius) neqꝫ in numeros/
neqꝫ in tempora/neqꝫ ĩ genera diſtrahitur: ſed oĩa iſtæc/una eademqꝫ declina
tõe cõplectitur: ſicuti Cicero dixi futurũ nõ uirili genere/neqꝫ neutro (ſolœ
ciſmus foret plane) ſed uerbo uſus eſt/ab omni neceſſitate generum abſoluto.

De factum iri/& factum itur/& ſimilibus.

Gellius Dicimus/teſte Gellio libro nono noctium atticarum/& quidem congrue: au
Cato dio illi iniuriam factum iri: contumelia/uel iniuria factum itur. Marcus Cato
pro ſe contra Caſium. In hac contumelia/quæ mihi per huiuſce petulantiam
factum itur/rei quoqꝫ publicæ mediuſfidius miſerear. Sicuti enim/contume
liam factum iri/ſignificat iri ad contumeliam faciendam/ideſt operam dari
quo fiat contumelia/ita & factũ itur/caſu tñ mutatio/idem dicit.

De incumbo/interdico/ſubeo/uaco.

Dicere poſſumus: incumbo ſtudiis: & ĩ ſtudia: & ad ſtudia. Lucillius libro ſatyra
Lucillius rum decimo ſeptimo. In gladium incumbat/ne cælum uiuat. Cicero. Pergite
Cicero aduleſcentes: & in hæc ſtudia/in quibus eſtis/incumbite. Idem alibi. Quare ĩ/
Cicero cumbamus o noſter Tite ad illa præclara ſtudia. Virgilius li. æneidos qnto.

Colligere arma iubet:ualidiſq; incũbere remis. Interdico tibi aqua/& igni:ti
bi interdictũ'eſt aqua/& igni:aqua/& ignis/tibi interdictus eſt:uel interdicta
ſunt:& interdico tibi aquã/& ignem. His quattuor modis loqui congrue poſ
Auguſtinus ſumus:poſtremo tamen perraro:ut eſt apud Auguſtinũ libro.xviiii.de ciuita
te dei capitulo octauo. Quã ſi quis prohibet prohibeat(ſi poteſt)amica collo
quia:interdicat amicabilem ſocietatẽ. Subiit mihi/ideſt in mentẽ uenit mihi:
occurit mihi:uel ſuccurit mihi:quæ idem ſignificant. Nõnumq̃ iungitur accu
Curtius ſatiuo:ut eſt apud Curtiũ. Sera pœnitentia ſubiit regem. Eſt autẽ ſubire/ĩ me/
Virgilius moriam/uel(ut diximus)ĩ mentẽ uenire. Virgilius libro æneidos.ii.ſubiit de
Virgilius ſerta/Creuſa. Subire item/ſubdere ſupponere. Virgilius libro.æneidos.x.
Virgilius Aeneæ ſubii mucronẽ:ipſumq; morando Suſtinuit. Subire ingredi. Virgilius
libro æneidos.viii.hæc(iquit)limina uictor Alcides ſubiit. Subire ſuccedere.
Varro Varro libro.Ix.In quarum locum ſubierunt inquilinæ/impietas/perfidia/im
Virgilius pudicicia. Subire/naſci ferueſcere. Virgilius georgicorum primo. Ne ſubeãt
Cicero hærbe:neu puluere uicta fatiſcat. Subire reſpondere reſiſtere. Cicero in uer/
rem. Diuinatione poteris ne orationem eius ſubire?hoc eſt/orationi eius po
Marcellus teris ne reſpondere/uel reſiſtere?has huic uerbo interpretatiões Marcellus tri
buit. Vaco ſapientiæ/do operam ſapientiæ:uaco perturbatione/pertubatio/
ne careo. Aliquãdo cũ præpoſitiõe/a/uel b:ut uaco a labore:uaco ab omni
moleſtia. Et per imperſonale:ut mihi non uacat:ideſt tempus non ſuppetit.
Vacat item/uacuum eſt.

De dono/augeo/conduplico/impartio/accũmulo.

Plautus Dici poteſt:dono tibi hoc munus:& dono te hoc munere. Plautus ĩ Amphitry/
Virgilius one. Verum ita animatus fui/itaq; nunc ſum:ut ea te patera donem. Et paſſi/
Terẽtius ue/Virgilius. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Terẽtius. Pluri
ma ſalute Parmenonẽ ſuum impartit Gnato. Et ita in cæteris/quæ diximus/
augeo/conduplico/accumulo.

De doleo/reuertor/exeo/egredior.

Terentius Dicere poſſumus:doleo caput:& dolet mihi caput. Terentius. Dolet dictũ adu
Saluſtius leſcenti. Saluſtius in Catilina. Quaſi dolens eius caſũ. Reuertor domũ/& ad
Saluſtius domũ/congrue dicitur:exeo caſtra/& caſtris:egredior Romam/& Roma.
Horatius Horatius. Egreſſũ magna me cepit Aricia Roma.

De apello/appello:amitto/admitto:amoueo/
admoueo:auerto/aduerto.

Virgilius Apello apellis tertiæ coniugatiõis/cum unico p/amouere ſignificat:ut ẽ apud
Priſciãus Virgilium:apulſus ab urbe. Priſcianus aũt tractatu de præpoſitione dicit pro
eo quod eſt amoueo/aſpello ſcribi debere/cõponiq; uult ex ab/& pello pel
lis quemadmodũ ex ab/& porto/fit aſporto aſportas. Appello appellis aũt
Donatus cũ gemino p/ſignificat proprie ex pelago ad litus accedere/teſte Donato ſu
Lucanus per Andriã Terẽtii. Lucãus li.viii. Qui uetat externas terris appellere claſſes.
Virgilius Virgilius. Huc me digreſſum noſtris deus appulit oris. At uero appello ap/
pellas eadẽ ſcriptura ꝑmæ cõiugationis/aduocare ſignificat. Amito cũ unico
Virgilius m poſt a/ideſt perdo:ut eſt apud Virgilium.amiſit uerum uetus Albula no/
Ouidius men. Aliud tamen ſignificat/apud Ouidium heroidum/ubi ait. Hic lacer amiſ
Ouidius ſos terruit Hector equos:hoc eſt laxis dimiſſos habenis. Idem libro de põto.
Nec nocet amiſſo ſubdere calcar equo. Admitto cum d/recipere ſignificat:&
Iuuenalis peccare. Iuuenalis ſatyra.ii. Iam fas eſt:admitte uiros:hoc eſt aſſume. Idem in
Iuuenalis eadem. Quod pſecas admiſit/quænam eſt huic culpa puellæ?ideſt peccauit.
Amoueo cum unico m poſt a/remouere ſignificat:admoueo autem cum
Virgilius d/applicare/ſiue apponere. Virgilius libro æneidos.iiii. Hyrcanæq; admo/
runt hubera tigres/pro admouerunt:hoc eſt appoſuerunt. Auerto abſq; d/
ut auerto oculos/aut mentẽ/ideſt alicunde oculos/aut mẽtem conuerto. Ad
uerto autem cũ d/ut aduerto oculos/mentemue/ideſt aliquo oculos/mentẽ
ue conuerto. Auerſus item/terga oſtendẽs dicitur:aduerſus uero oppoſitus/
Cicero ueluti oppoſito pectore/atq; obiecto. Cicero. Aduerſus/& auerſus/impudi/
Virgilius cus es. Rurſum auertere pro amouere ponitur/uel expellere. Virgilius.

Non poſſe Italia Teucrorum auertere regem?

De uerbis actiuis quartæ maneriei.

Verba quæ ad induendũ/exuendũ/ueſtiendum/calciandum/cingendũ ſpe/ctant/duos a parte poſt accuſatiuos regunt diuerſos:uel accuſatiuũ cum ablatiuo. Induo tamen(ut alibi in uerbo ipſo uidimus)poſt accuſatiuũ regit quãdoq; datiuum.

De accuſo/incuſo/excuſo.

Seruius Vgutio Accuſare(iquiũt Seruius/Vgutio/& nonnulli alii)eſt maioris de minore. Incuſare autem/eſt minoris de maiore/uel paris de pari. Vellem ego ſcire/ubi ab aliquo auctorũ traditio hæc obſeruata ſit. Nã apud ueteres/adoleſcentuli ſolebant/probitatis ſimul & eloquẽtiæ laudẽ capeſſere/ex magnorum uirorũ accuſatiõe. Quin(ut ait Quintiliãus)crediti ſunt ẽt clari iuuenes obſidem reipublicæ dare malorum ciuium accuſationem. Nunqd Demoſthenes quom tutores ſuos adoleſcentulus in mediũ uocauit/aut Cicero quom Verrem reum fecit/prætorium uirum/ipſe quæſtoribus non accuſauit? Male ergo locutus eſt dicẽs accuſationem ſuã ſemp:nunq̃ incuſationẽ:imo perite. Virgilius. Virgilius Quem non incuſaui amens hominumue/deumue: dii quidem Aenea maiores ſunt/hoĩes uero Troiani/Aenea minores:& tamẽ dixit:quẽ nõ incuſaui hominum. Dicendum eſt ergo/ꝙ accuſare eſt uel apud iudices/uel apud aliũ quẽuis/etiam apud illum ipſum quem accuſes/ſignificare/atq; oſtendere/aliquem peccaſſe. Incuſare uero/eſt reprehẽdere mores alterius/& plærunq; cũ Virgilius querela/ꝙ ab illo iniuria affectus ſis:& ita apud Virgilium accipiendũ eſt:ut eſt ẽt apud eundem li. æneidos. xii. Aeneas/magnaq; incuſat uoce latinũ:hoc eſt magno clamore reprehẽdit. Vnde etiam Cæſar cõmentario ꝑmo ait. Hoc Cæſar cũ animaduertiſſet Cæſar/cõuocato cõſilio/omniũq; ordinum ad id conſilium adhibitis centurionibus/uehemẽter eos incuſauit. Sic etiam intelligen/Terẽtius dum eſt illud Terentii/ubi ad Clytiphonem filium pater loquens ait. Quid me incuſas Clytipho? Excuſare autem dicimur crimen obiectũ. Et quoties id quod in cauſa fuit ut peccaremus/afferimus in excuſationem/dicimus etiam Lucanus excuſare pro accuſare. Lucanus libro. viii. litusq; malignum Excuſat. Quinti/Quintiliãus lianus. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus/ſerius ueniſſes/excuſares mare/& ambiguos caſus.

De metuo/timeo/formido/uereor.

Metuo/timeo/formido/uereor/regunt a parte poſt accuſatiuũ:& nonnunq̃ da/Terẽtius tiuum:ut eſt apud Terentium. Metuo Pamphilo:ideſt ne aliquid mali eueni/Virgilius at Pamphilo. Virgilius georgi. primo. atq; inopi metuens formica ſenectæ. Hierõymus Hierõymus in parabolis capitulo. xxxi. Nõ timebit domui ſuæ a frigoribus Virgilius niuis. Regũt & poſt accuſatiuũ aliquãdo datiuũ:ut ẽ apud Virgilium. & quæ Quintiliãus ſibi quiſq; timebat. Nõnunq̃ poſt accuſatiuũ regũt genitiuũ. Quintilianus libro quarto. Libentiſſime patronum audit:qum iuſticiæ ſuæ nunime timet: Vereor tamen non tantum accuſatiuo ſiue datiuo(ut diximus)iungitur ſed Aphranius etiam genitiuo. Aphranius i cõpitalibus. Si nõ uereor/nemo uereatur tui.

De emo/uændo/cum genitiuo tanti/& quanti.

Nullæ dictiones queunt in genitiuo caſu adiungi his uerbis/emo/uændo/uænũdo/uæneo/mereor/cõparo/taxo/liceo/addico/diſtraho/metior ꝓ æſtimo/cõſtat/cõduco/loco/fœneror/paciſcor/pango pepigi/condemno/poſtulo: præterq̃ in his dictionibus tanti/& quanti/cum cõpoſitis tantidẽ/& quãtidẽ/tanticũq;/quãticunq;/tantilibet/quantilibet:& præter q̃ i his duobus cõpara Virgilius tiuis/pluris/& minoris. Neq; enim audiuimus unq̃ dici:uændidit hic patriam Virgilius auri:aut Achilles uændidit corpus Hectoris auri:ſed per ablatiuum ſic. Vændidit hic auro patriam. Et iterum. Exanimumq; auro corpus uendebat Terẽtius Achilles. Quanti uero/& tãti/cæteraq;(ut diximus)genitium nõ mutant:ut Terentius in eunucho. Quid agis/niſi ut te redimas captum quãti queas/minimo/etſi nequeas paulo? Cur non dixit quanto/ut congrueret cum illis/minimo/& paulo/aut minimi/& pauli/ut congrueret cum hoc quanti/niſi quia tanti/& quanti/mutare non licet/& ab eis quæ diximus compo/

Quintiliāus ſita. Quintiliāus in paſtū cadauerum. Hoc unum ſuperat/ut deuectū tantidē
Iuuenalis uænderes. Et i Verrē Cicero aiebat. Tāti æſtimāſſē/quāti ſacerdotē. Iuuēalis.
Iuuenalis Quāticūq; domus cōſtet. Idē. Balnea ſexcētis/& pluris porticus empta. Cur
Ciero non dixit/& pluri/ut copularet coniunctio eoſdem caſus? Liuius libro. xlviii.
Liuius Mancipia minora ānis uiginti/quæ poſt proximū luſtrū/decem milibus æris/
aut pluris uæniſſent: ea quoq; decem tāto pluris/q̄ quāti eſſent/æſtimarētur:
Horatius adeo ut interrogati/per eundem ſepæ caſum reſpondere nequeamus. Hora/
Plautus tius. Quanti emptæ? paruo. quanti ergo? octuſſibus. Heuheu. Plautus in Epi/
dico. Quanti eam emit. uili. quot minis. quadraginta minis. Neq; illud te mo
Cicero ueat Ciceronis/Quanti additus. mille nummū. Non enim eſt illud mille geni
Cicero tiui/ſed ablatiui caſus: quaſi millenario nummum/ pro nummorum: ut idē
in Philippicis. Inuentus eſt qui. L. Antonio mille nummum ferret expenſum.
Idem pro Milone. In quibus propter illas inſanas ſubſtructiones/facile mille
Varro hominum uerſabatur: qualia exempla multa repeterem/niſi Varronis præce
ptio ſatis eſſet: qui in libris de analogia inquit. Quom peruentū fuerit ad mil
le denariū/aſſumit ſingulare neutrum: a quo multitudinis fit milia denariū.
Et hæc quidem īterrogatio/quāti addictus. uel quanti emptæ. eſt per geneti/
uum: reſponſio autē per ablatiuū. Aliquando ediuerſo. Vt emiſti ne iſtū equ/
um decem nūmis. imo pluris. Nonnunq̄ hi duo caſus iuxta idem uerbum hæ
rent. Vt emiſti iſtum equū decem nūmis/an pluris. Quod ſi aduerbia forent
(ut nonnulli putāt) cur potius dictū eſt/tāti/& quāti/pluris/& minoris/non
tanto/& q̄to/pluri/& minori/cū huiuſmodi uerba utiq; ablatiuū deſyderent.
Cur non idem fit in cæteris comparatiuis/quæ palā aduerbiantur. Nō enim
dicit: emi equū uilioris/carioriſue/q̄ tu: aut uiliori/cariorīue/q̄ tu: ſed uilius/
q̄ tu: aut carius. neq; uendidiſti ædes melioris/peioriſue/q̄ ille: ſed melius/pe
iuſue/q̄ ille. Cur deniq; hæc ipſa quæ nominauimus/quoties ſubſtātiuis maritan
tur/formā naturalē/ac legē cuſtodiunt. excepto tantidem: quia eſt ſubſtātiuū:
qđ datiuū/ablatiuūq;/non agnoſcit tātodē: ſolaſq; has uoces habet/tātidē &
tātundē: Dicendumq; erit. Quāta pecunia iſtū equū emiſti. ſicut/quot minis.
Iuuenalis Iuuenalis. quanto Meritis precio. Liuius libro. xxii. Hic miles magis placuit/
cum precio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaq; genitiuos illos/tan
ti emi equum/quanti potui/ſic exponere non poſſumus/tanti precii: ſed ſic:
tanto precio/quanto potui. Et per cōparatiuum: ut illud Ciceronis. Nō plu/
ris uændo/q̄ alii: fortaſſe etiā minoris. Ideoq; ſic exponas: pluris/ideſt pluri
Laurētius precio: minoris/minori precio. Hæc omnia Laurentius. Ego autem hos abla
tiuos/tanto/& quāto/etiam ſubſtantiuis non maritatos/prædictis uerbis iun/
Hierōymus gi poſſe contenderim/auctoritate diui Hieronymi fretus/in leuitico capitu/
lo ultimo ſic dicentis. Si ſtatim ab anno incipientis iubelæi uouerit agrum/
quanto ualere poteſt/tanto æſtimabitur. Hoc inſuper addimus/æſtimo
etiam cum alio ab iis de quibus Laurentius tractat/genitiuo iungi poſſe/
Catullus non cum ablatiuo modo. Catullus. Viuamus mea Leſbia: atq; amenus: Ru/
moreſq; ſenum ſeueriorum Omnes/unius æſtimemus aſſis. Quod Laurenti
us ipſe non aduertit. Præfatis uerbis addi poteſt & doceo: quod etiam cū præ
Plinius dictis genitiuis iungitur. Plinius libro. xxxv. naturalis hiſtoriæ. Neminem do
Iuuenalis cuit minoris talento: minoris/ideſt minori precio. Iuuenalis ſatyra. vii. tēta
Chryſogonus quāti doceat: uel pollio quanti
Lautorum pueros/artem ſcindens theodori.

De ſupino.

Do uænum ædes/do filiam nuptum/ſpectatum admittimur/ſupina hæc laten
Terētius tem in ſe motum ſignificant/uel obtinent. Terentius. Daturne illa Pamphi/
Horatius lo nuptum. Horatius in arte poetica. Spectatū admiſſi riſum teneatis amici.

De gerundio/& conſtructionibus per illud.

Diomedes Gerundia/teſtibus Diomede/& Priſciano/actionem/& paſſionem ſignant.
Priſcianus Virgilius tertio georgicorum. uritq; uidēdo Fœmina: ideſt quæ uidetur. Ac
Virgilius tiue idem Virgilius. Pacemq; ab rege petendum. Idē libro æneidos ſecundo.
Virgilius quis talia fando Myrmidonum. actiue hic: paſſiue autem/ut idem li. præfato.

Virgilius  Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Idem in buccolicis.
Virgilius  Cantando tu illũ. & hoc actiue. Paſſiue autẽ/ut eſt apud eundẽ in buccolicis.
Virgilius  Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. At uero Laurentius nõ omnia
Virgilius  gerundia actionẽ & paſſionẽ ſignare uoluit: ſed illa duntaxat actiue pariter
Laurentius  & paſſiue exponẽda eſſe dixit/quæ a uerbis actionem & paſſionẽ ſignãtibus/
deſcendũt. Vado ad confitendũ: ſum in confitendo: uado ad capiendum ho/
Cicero  ſtem: & in capiendũ hoſtem. Cicero pro Milone. Huius ergo interfector ſi eſ
Pompeius  ſet in confitendo. Pompeius. Inferium uinũ id dicebatur/quod in ſacrifican/
do infra pateræ labrũ ponebant. Internauigandum/interlegendũ/interagẽ/
Virgilius  dum/frequenter uſurpant auctores. Virgilius. & interagendum Occuraſſe ca
Quintiliãus  pro: ideſt in agendo/uel dum ago/uel agerem. Quintilianus. Sed ratio recte
Quintiliãus  ſcribendi/iuncta cum eloquẽdo eſt. Idem. Pauperi ſoluẽdo non ſumus. Cice
Cicero  ro ad apium. Cum ſoluẽdo ciuitates non eſſent. Liuius libro. xxi. Nõ uereor/
Liuius  ne quis hoc in me ueſtri adhortandi cauſa/magnifice loqui exiſtimet. Veſtri
Cicero  dixit plurali/adortandi ſingulari numero. Cicero libro. ii. de diuinatiõe. Do
lebas tantũ ſtoicos noſtros epicureis irridẽdi ſui facultatem dediſſe.

De declinatione participii.

Participia in ans/& in ens terminata/ad ſilitudinem/& regulam nominum/in
ans/& in ens deſinentiũ/declinantur: ut quadrans abiecta s littera/& addita
tis ſyllaba/fit genitiuo quadrãtis: gens/mens/dens/genitiuo gentis/mentis/
dentis. Sic amans genitiuo amantis: docens docentis: legens legentis: audiẽs
audientis. Ab hac regula excipiuntur participia/quæ naſcũtur a uerbis quar/
tæ cõiugationis in eo deſinentibus: quorum genitiuus formatur in euntis: ut
Alexander  iens genitiuo euntis: quiens queuntis. Ambiens autem (ut Alexander tradit)
Priſciãus  ambientis facit quod: Priſcianus omiſit. Horum autem gerundia in eũdi/eun
Plautus  do/eundum terminãtur: ut adeundi/nequeundi. Plautus tamen abiẽdi pro
Priſciãus  abeundi protulit/quom in Amphitryone ait. Abiendi nũc tibi occaſio ẽ: qđ
ẽt Priſcianus annotauit. Simili fortaſſis modo/ambiendi ab ambio dici poſ
ſet: cum in genitiuo participium ambientis faciat. Idq; notandum eſt/ꝙ hæc
Saluſtius  participia pro nominibus quandoq; ponuntur: & genitiuũ regunt. Saluſtius
Lucanus  in Catilina. Appetens alieni/ſui profuſus. Lucanus. Omniſq; poteſtas Impati
Virgilius  ens cõſortis erit. Virgilius libro æneidos ſecundo. Obtulerat/fideſq; animi in
Virgilius  ter utrunq; paratus. Idem in buccolicis. Q̃uã diues pecoris niuei/q̃ lactis abuũ
Cicero  dans. Et per ſuperlatiuũ. Cicero pro marcello. Clariſſimi/ac fortiſſimi/ patri
Terẽtius  æq; amãtiſſimi. Similiquoq; mõ/ea quæ uidentur/frequẽtatiua/pro nomini
bus poſita/genitiuo iũgũtur. Terẽtius i Phormiõe. Liberalis ẽ: & fugitãs litiũ.

De participio præteriti temporis ſignificante accionem: & de præſentis/paſſionem.

Participia quædam in uoce paſſiua actionẽ/quædam in actiua paſſionẽ ſignifi
cant: ut excretus/circũſpectus/conſyderatus/diſertus/cautus/argutus/cõten/
tus/profuſus/fluxus/diſcretus/cõplacitus/exoletus/defectus/adultus/falſus/
tacitus/ſcitus/ignotus/tutus: quod & paſſiue accipi poteſt: ut tutus ſũ ab ho/
ſtibus: hoc eſt munitus. Ignotus qui ignorat dicitur: nõ qui ingoratur modo.
Quintiliãus  Quintiliãus. Ne quis tñ erret ignotus/nõ eſt filii mei nouerca: ſed mater. Igno
Terẽtius  tus dixit pro ignorans: non pro ignoratus. Falſus qui fallit/& qui fallitur/di
Terẽtius  ci põt. Terẽtius. Cenſen me aliquam cauſam fictã/falſam/ineptã/ſaltem po/
tuiſſe proloqui: ideſt fallentem. Idem. Carine falſus es: ideſt deceptus. Taci/
Virgilius  tus taciturnus qui tacet/actiue accipitur: & nonnunq̃ paſſiue: ut eſt apud Vir
Saluſtius  giliũ. Quis te magne Cato tacitũ/aut te Coſſe relinquat? Saluſtius. Alieni ap/
Saluſtius  petẽs/ſui profuſus: hoc eſt profuſor ſui. Idem. Diuitiarũ/& formæ gloria/flu
Terẽtius  xa/& fragilis habetur/pro fluens. Scitus is dicitur/qui ſiẽs eſt: ut eſt apud Terẽ
Terẽtius  tium. Scitũ quoq; hominẽ: niſi acipere uelimus paſſiue: ut eſt apud eundem.
Scitus puer natus e Pamphilo eſt: quaſi ſcite/& docte factus. Sic complacitus:
Virgilius  ſic ab excreſco excretus: ut eſt apud Virgiliũ. Excretos hædos. Sic exoletus ab
exoleo. Nam quom adiectiue ponitur/adultus interpretatur: quom autẽ ſub
Plautus  ſtantiue/ſcortum maſculum ſignificat. Plautus. Reliqui domi exoletam uir/

ginem.Sic adultus ab adoleo.Defectus quoqꝫ/qui deficit/& qui deficit/appel
Martialis latur.Matilis.Dulcia defecta modulatur carmina lingua:hoc eſt deficiente lin
gua.Hæc quidẽ actiue ſignificationis inuoce paſſiua.Paucioria autẽ ſunt paſ/
ſiuæ ſignificationis in uoce actiua:ut euidens negociũ/quod uidetur apte/&
Quintiliãus ĩtelligitur.Indulgentior facies apud Quintilianũ pro pulchra:hoc eſt cui alii
Statius indulgeãt:non quæ indulgeat aliis.Vnde & Statius ait.Pulchrior haud illi tri
ſte ad diſcrimen ituro Vultus/& egregiæ tanta indulgentia formæ.De qui/
Laurentius bus etiam Laurentius diſſeruit.

De participio iuncto cum uerbo/uel gerundio.

Participia iuncta cum infinitis/dicuntur ſeruare uim participiorũ:iũcta uero cũ
nomine/uim nominũ:ut timens nauigare/uel nauigandi:cupiens diſcere/uel
diſcendi:peritus cantare/uel cantandi: aſſuetus ludere/uel ludendi: quod ẽt
Laurentius Laurentius tradidit.

De præpoſitionibus/in/clam/procul/ſub/pro/præter/tenus.

In præpoſitio quom componitur/ut indoctus/iniuſtus/inſipiens/manifeſtã
Virgilius reddit dictionis ſignificationẽ:ſed & nõnunq̃ uim ſui auget compoſiti: ut eſt
Virgilius apud Virgilium libro æneid.vi.agnoſco crines/incanaqꝫ menta:ideſt ualde ca
Siſenna na.Idem alibi.Nocuit nunq̃ imprudentibus imber:hoc eſt ualde prudẽtibus.
Cicero Siſenna libro hiſtoriarũ tertio.Sublatus lætitia nimia/aut impotentia animi
Donatus cõmotus/pro ualida potentia.Cicero tuſculanarum.v.Qui nihil metuant:
Sergius nil agant:nil cõcupiſcant:nulla ĩpotentia efferantur:ideſt ualida potẽtia.Clã
Seruis tam accuſatiuo/q̃ ablatiuo præponitur/auctoribus Donato/& in Donatum
Priſciãus Sergio/& Seruio.At uero Priſcianus/& Donatus cognomẽto minor/ablati
Donatus uo tantum præponi uoluerũt.Procul ablatiuo deſeruit:ac etiam accuſatiuo:
Curcius ut eſt apud Curcium.Procul urbem.Et tam prope/q̃ longe ſignificare habet/
Seruius teſtibus Seruio/Acrone/Agræcio in caprũ Sub accuſatiuo/& ablatiuo caſui
Acron præponitur:accuſatiuo quidẽ/quom tempus notat.Virgilius.Sub noctẽ ex/
Agrætius portãt calathis.Sub/ideſt ante:& accuſatiuo deſeruit.Virgilius li.ænaidos.ii.
Virgilius poteſqꝫ ſub ipſos Nituntur gradibus.Sub/ideſt pro:& accuſatiuum poſtulat.
Virgilius Virgilius li.æneidos primo.Vrit atrox Iuno: & ſub noctẽ cura recuſat.Sub/
Virgilius ideſt ĩ:& tam ablatiuo/q̃ accuſatiuo præponi poteſt.Virgilius libro æneidos
Virgilius v.quo deinde ſub ipſo Ecce uolat.Cicero ad plancum.ſub eas autem redditæ
Cicero ſunt:ideſt ĩ eis litteris.pro ĩ ſignificato proprio eſt/quom dicit:pro deo mor
tem æquanimiter feram.Quãdoqꝫ põitur pro in:ut ſedet pro tribunali:ideſt
Virgilius intribunali.Nõnunq̃ accipitur pro ante:ut ẽ apud Virgilium li.æneidos.viii.
Stabat pro templo:& capitolia celſa tenebat:ideſt ante tẽplum.Pro item iter
Priſciãus iectio eſt:& aſpirationem in fine reſpuit/teſte Priſciano:quia nõ eſt apocopa
Gaſparinus ta dictio:Scribẽdum eſt igitur hac ſcriptura pro:non autem cum aſpiratione
Lucanus proh/ut inepte Gaſparinus ãnotari præcepit.Lucanus.pro ſi remeaſſet in ur/
Cæcilius bem.Cæcilius.Pro dii ĩmortales/unde prorepſit truo?Præter accuſatiuo de
Saluſtius ſeruit:& nonnunq̃ ablatiuo:ut eſt apud Saluſtium in Catilina.Præter rerum
Marcelius capitalium condemnatis/pro condemnatos.Præter item/pro ante/uel per/
Cicero ponitur/teſte Marcello.Cicero Verrinarum ſecundo.Præter oculos ſoli fere
Varro bant.Varro in eumenidibus.En domum præter matrẽ deum ædem axaudio
cymbalorum ſonitum.Tenus ablatiuo ſingulari deſeruit:ut hactenus/quate
Virgilius nus/oretenus/uerbotenus.Virgilius.Hac celebrata tenus.Iuuenalis.Cru/
Iuuenalis retenus medio tunicas ſuccingere debet.Inplurali uero/ablatiuo/ẽt & geniti/
Ouidius uo ſeruire poteſt.Ouidius libro metamor.v.Pectoribuſqꝫ tenus molles ere/
Ouidius ctus in auras.Idem in eodem.Pectoribuſqꝫ tenus media ſublimis ĩ æde.Lucre
Lucretins tius.Labrorum tenus interea perpotet amarum.Virgilius li.ænidos.x Exter
Virgilius rens freta/cui laterum tenus hiaſpida nãti Frons hominem præfert.Idẽ alibi.
Virgilius Et crurum tenus amento palearia pendent.Quintiliãus libro.xii.Sed ille uir
Quintiliãus bonus/qui hæc non uocibus tantum ſibi nota/atqꝫ nominibus/aurium tenus
Cœlius in uſum lingua præcipit.Cœlius.Nam illi rumores de comitiis tranſpadano
Curtius rum/Cumanorũ tenus caluerunt.Curtius.Pauci hoſtiũ tenus exacti penetra
uere ad portum.

De ſuper/ſupra/uel ſupera/infra/uel infera/intra/coram/
ſecundum/iuxta/uel iuxtim/

Priſcianus Super accuſatiuo/& ablatiuo caſui ſeruit:ſupra uero accuſatiuo tātum/teſtibus
Donatus Priſciano/& Donato cognomēto minore.Et licet ineruditi dicāt/Quod ſup
eſt/tangit: quod ſupra/diſtat ab illo/nulla mihi uidetur in ſignificato dif/
Quintiliāus ferētia.Quītiliāus.Nec ulla ē ſupra terras adeo rabioſa bellua.Nō dixit ſup:
Liuius ſed ſupra:& tamen bellua dum terrā calcat/tangat neceſſe eſt. Liuius li.xliiii.
Lucretius Vbi circa muros/ſupra/ſubterq; terram/per dies.xxv.pugnatum eſt.Lucreti/
ūs libro.iii.Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe uietum Veſtem ſentimus.Si.n.
Lucas ſuper dixiſſet/uerſus ſtare non poſſet.Et Lucæ capitulo.xv.legitur.Dico aūt
uobis/ꝙ ita gaudium erit in cælo/ſup uno peccatore pœnitentiā agēte.Neq;
Virgilius enim hic de tactu itelligi pōt.Quādoq; ſup pro deponitur:ut eſt apud Virgi
Seruius lium li.æneidos primo.Multa ſuper Priamo/rogitans/ſuper Hectoꝛ multa/
Virgilius ideſt de Priamo/de Hectore.Super item ſignificat ualde/teſte Seruio. Vir/
Priſciāus gilius libro æneidos tertio.O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.Antiq
Tullius etiā ſupera ꝓ ſupra protulerūt/teſte Priſciano tractatu de præpoſitiōe/Tul
Tullius lium inducente dicentem in Arato.Toruus draco ſerpit ſubter ſuperaq; re/
torquens:Seſe.Idem in eodem.Huic ſupera duplices humeros affixa uidetur
Caper Stella micans.Infra/uel antiquorū more īfera/teſte Capro/ad dignitatem/&
locum referri debet:ut hoc infra dignitatem meam eſt:infra uires meas:infra
tectum.Errant autem minores/quom ex conſuetudine dicūt:infra hebdoma
dam:infra menſem:infra annū:cum potius intra/non infra dicere debeāt.Nā
infra ad numerū/& ſpaciū refertur:ut intra uiginti dies:intra muros.Deniq;
Caper intra habet relatiuum extra/uel extera/ut teſte Capro/ueteres dixerūt.Infra
Caper autem habet relatiuum ſupra/uel ſupera.Rurſum ab infra/uel infera/forma/
Priſciāus tur infer/in recto/uel inferus infera inferum/teſtibus Capro/& Priſciāo.Co
Virgilius ram ablatiuo præponitur:& quandoq; aduerbium eſt:ut eſt apud Virgilium
libro primo æneidos.coram quem quæritis adſum.Secūdum accuſatiuo de
Virgilius ſeruit:& nonnunꝗ pro iuxta ponitur/uel prope. Virgilius.Dulcibus illa qui
Seruius dem illecebris/aut plena ſecundum Flumina:ideſt iuxta flumina plena/inter
Pſalmogra prete Seruio.Iuxta accuſatiuo præponitur:& quādoq; aduerbiū ē:ut ē apud
phus Pſalmographum.Iuxta eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde.Comperitur
Marcellus etiam iuxtim pro iuxta/teſte Marcello/Siſennam referente dicētem.Iuxtim
Siſenna Numicium flumen obtruncantur.

De ad præpoſitione/propriis/& appellatiuis noībus iuncta.

Cicero Dicere poſſumus:pergo Romam:& ad Romam:uado ad forum:eo rus.Cice
Hierōymus ro.Ea die Verres ad meſſanā uenit.Hieronymus in Thobia capi.primo.Hic
Virgilius ſolus fugiebat conſortia hominum:& pergebat ad Hieruſalem ad templū do
Virgilius mini.Virgilius.Lauinaq; uenit Littora Theſſaliæ:& alibi.Deueneꝛ locos.Te
Terētius rētius in Eunucho.Dū rus eo/cœpi egomet.Quādoq; per datiuū loquimur/
Marcellus teſte Marcello:ut eſt etiam apud Terentium in Andria.Interea mulier quæ/
Terētius dam ab hinc triennium ex Andro cōmigrauit huic uiciniæ.ubi Donatus ait.
Huic uiciniæ/huic ſcilicet loco/uel locorum.

De præpoſicione cum aduerbiis iuncta.

Marcellus Omnes(inquit Marcellus)artem ſecuti/negant præpoſitionem aduerbiis addi
oportere:ſed auctoritas ueterum præponi iubet.Et inducit Titinium/Enniū/
Aphranium/Cæcilium/Accium/Nonium/Claudium/Pomponium/Tur/
pillium/Lucrecium/Terentium.Exquibus/breuitatis cauſa/poſtrema duo af
Lucretius feremus exempla.Lucretius libro.ii.Vim cupidā tam de ſubito ꝗ mens habet
Terentius ipſa.Terentius in ecyra.Ita corripuit de repente tacitus ſe ad filiam. At uero
Donatus Donatus/de repente(inquit)una pars orationis eſt.Aduerbiis enim præpo/
ſitiones nō addūtur.Nā ſi ſeparaueris/non eſt latinum de repente.Hæc ille.

De nonnullis aduerbiis.

Priſcianus Antiqui teſtibus Priſciano/& Marcello/Plautum/Claudium/Catonem/Pacu/
Marcellus uium/Lucretium/Pomponium/Titinium/Siſennam.Næuium/Ennium/Ac
cium/Cæcilium/Aphranium/Terentium/Turpillium/Varronem/Caſiū/

Saluſtium/Tulliū̄m/Lucilliū̄m/Laberium/Catullum inducentibus hæc ad/uerbia uſurpabant/ut infra.

Amariter pro amare
Amiciter pro amice
Ampliciter ꝓ ample
Benigniter ꝓ benigne
Blanditer pro blāde
Celere pro celeriter
Celeratim ꝓ celerāter
Celerāter ꝓ celeriter
Cōtēptim ꝓ contēnēter
Cautim pro caute
Dubitatim ꝓ dubitāter
Duriter pro dure
Enixim pro enixe
Aequiter pro æque
Fortūati ꝓ fortunate
Faſtidiliter ꝓ faſtidioſe
Feſtiuiter pro feſtiue
Firmiter pro firme
Fidele pro fideliter
Feſtinatim ꝓ feſtināter
Feſtinanter pro feſtine
Futile pro futiliter
Humāitus ꝓ hūaniter
Humaniter ꝓ humane
Inſanum pro inſane
Inſaniter pro inſane
Immane ꝓ īmaniter
Iactuoſe pro iactāter
Inimiciter ꝓ inimice
Ignauiter ꝓ ignaue
Largitus pro largiter
Feſtus Largiter pro large
Feſtus Propatim ꝓ propāter
Propiter pro prope
Primitus pro primū
Primiter pro prime
Rarenter pro rare

Rariter pro raro
Ruſticatim pro ruſtice
Strictim pro ſtricte
